Tho Medlycott pr 7d

LA HVICTme PART
des Reports de Sr Edw. Coke
Chevalier, chiefe Juſtice del Common
Bank: *des divers Reſolutions & Judgements donez*
ſur ſolemnes arguments & avec grand deliberation & conference
des treſreverend Judges & Sages de la Ley, de caſes in Ley
queux ne fueront unques reſolves ou adjudgez par
devant: Et les raiſons & cauſes des dits
Reſolutions & Judgements.

Publie en le neufme an de treshaut &
treſilluſtre Jaques, Roy Dengl. Fr. & Irel.
& de Eſcoce le 44. Le Fountain de tout
Piety & Juſtice, & la vie de la Ley.

Magna Charta cap. 29.
Nulli vendemus, nulli negabimus, aut differemus
juſticiam aut rectum.

Weſtmonaſt. 1. cap. 1.
Rex præcipit ut pax ſacroſanctæ Eccleſiæ & Regni ſolidè conſervetur & colatur in omnibus, & quod Juſticia ſingulis, tam pauperibus quam divitibus, adminiſtretur, nulla habita perſonarum ratione.

LONDON,
Printed for the Societie of Stationers.
Anno 1611.
Cum Privilegio.

1473 dd9/8

Tho Medlycott pr 7d

LA HVICT^{me} PART des Reports de Sr Edw. Coke

Chevalier, chiefe Juſtice del Common
Bank: des divers Reſolutions & Judgements donez
ſur ſolemnes arguments & avec grand deliberation & conference
des treſreverend Judges & Sages de la Ley, de caſes in Ley
queux ne fueront unques reſolves ou adjudgez par
devant: Et les raiſons & cauſes des dits
Reſolutions & Judgements.

Publie en le neuf^{me} an de treshaut &
treſilluſtre JAQUES, Roy Dengl. Fr. & Irel.
& de Eſcoce le 44. Le Fountain de tout
Piety & Juſtice, & la vie de la Ley.

Magna Charta cap. 29.
Nulli vendemus, nulli negabimus, aut differemus
juſticiam aut rectum.

Weſtmonaſt. 1. cap. 1.
Rex præcipit ut pax ſacroſanctæ Eccleſiæ & Regni ſolidè conſervetur &
colatur in omnibus, & quod Juſticia ſingulis, tam pauperibus quam
divitibus, adminiſtretur, nulla habita perſonarum ratione.

LONDON,
Printed for the Societie of Stationers.
Anno 1611.
Cum Privilegio.

BRITISH MUSEUM
23 MAR 47

DEO,

PATRIÆ,

TIBI.

Qvod ſcripſi (ut noverit Lector eruditus) priorum mearum in nonnullis Præfationum de Legum Angliæ, & antiquitate & excellentia, duas has produxit quæſtiones : 1. *An Hiſtoriographi in hoc mihi conveniunt quod in illis adeo confidentèr aſſerui.* 2*. Cum tam crebra facta ſit de legibus Angliæ municipalibus repetitio, quodnam ſit corpus ſive textus Iuris municipalis, et ubi deinde inveniendum. Ad utraſque quarum reſponſionem tandem reddere viſum eſt. Primam quod attinet, quanquam libri & acta publica (quæ ſunt* & vetuſtatis & veritatis veſtigia) *à me in præfationibus in tertiam et in ſextam Commentariorum meorum partē prolata, ejus fidei ſunt et authoritatis, quod Hiſtoriographi auxilio nequaquam opus eſt ; leviori tamen ut dicam tactu, ex conſentiente Hiſtoriarum ſuffragio de Antiquitate, et (cenſura eorum, quos forſan non immerito (ſi ſpectes eorum ordinem) ſuſpiceris potius de vitio reticendi quam blandiendi) de æquitate & excellentia legum noſtrarum, nonnulla adjiciam argumenta; Et quod teſtimoniis Hiſtoriæ omnium ſuperiorum temporum liquet hoc imprimis manifeſto, quod poſitive ex monumentis affirmavi, principia nempe Legum noſtrarum hodiè muncipalium tanto ævo inoluiſſe, quod nihil omnino illorum de origine oſtendi poteſt ; hæc que illa fuiſſe eadem quæ victor ille Normanus in hoc Angliæ regno inveniebat. Leges, quas* Gulielmus *gentis noſtræ ſubactor jurejurando ſe aſtrinxit obſervaturum,* fuerunt bonæ et approbatæ antiquæ regni Leges. *Et, quo rectius populus ſui officii &*

Ex vir
tis

Victor juramentum ſanctius obſervarent conſtituit, ut de ſingulis totius Angliæ comitatibus 12 viri ſapientiores *coram ſe jurarent, quod nec ad dextram nec ad ſiniſtram declinantes, hoc eſt, nec prærogativæ blandientes, nec privilegia dilatantes,* Legum ſuarum ſanctitatem patefacerent, nil prætermittentes : nil addentes, nil prævaricando mittentes : *Et* Aldredus *Archiepiſcopus* (*qui corona Regis caput cinxit triumphali*) *&* Hugo *Londinenſis Epiſcopus*, per præceptum Regis ſcripſerunt propriis manibus omnia quæ prædicti Iurati dixerunt. *Et has* (*teſte* Ingulpho) authenticas eſſe & perpetuas per totum regnum Angliæ inviolabiliter tenendas ſub pœnis graviſſimis proclamavit. *Summam cujus, cum digeſſiſſet in Magnam* (*ut loquimur*) *chartam, ſolum proculdubio & fundamentum Legum omnium poſteriorum ſignaculo ſecuritatis & voto beavit æternitatis, hoc generali concludens edicto :* Hoc quoque præcipimus, ut omnes habeant & teneant Legem *Edwardi* Regis in omnibus rebus : *Benignique ſui operis præluſtri hac ſua inſcriptione erexit frontiſpicium : Willihelmus* Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normannorum, Omnibus hominibus ſuis Francis et Anglicis ſalutem. Statuimus imprimis ſuper omnia unum Deum per totum regnum noſtrum venerari, unam fidem Chriſti ſemper inviolatam cuſtodiri, pacem et concordiam, judicium et juſticiam inter Anglos et Normannos, Francos et Britones Walliæ et Cornubiæ, Pictos et Scotos Albaniæ, ſimiliter inter et Inſulanos, provincias et patrias, quæ pertinent ad coronam et dignitatem, defenſionem et obſervationem et honorem regni noſtri, et inter omnes nobis ſubjectos per univerſam Monarchiam regni Britanniæ firmiter et inviolabiliter obſervari. *Patri qui ſucceſſit* Gulielmus Rufus, *rem malè gubernando libertateſque omnes ſupprimendo ita ſe exceſſit, quod virtutis ſuæ hujuſmodi ne reliquum omnino eſt veſtigium ; ſub illo enim,* regnum oppreſſum erat injuſtis exactionibus, *juſticiaque ipſa malis adulterabatur conſuetudinibus, ut plana conſtat ex Magna illa Charta ſuccedentis ſui fratris* Henrici *primi, qua penitus abrogavit* Omnes malas conſuetudines quibus regnum Angliæ injuſte opprimebatur, reſtauravit legem Regis *Edwardi,* (*hanc nimirum, quæ ſancti illius Confeſſioris viguiſſet temporibus*) cum illis emendationibus quibus pater eam emendavit cum conſilio Baronum ſuorum. *Leges hæ à* Math. Par. (*cujus hiſtoria hanc habet incertam donationem*) *edocentur fore,* Libertates et Conſuetudines antiquæ, quæ floruerunt in regno tempore ſancti Regis *Edwardi. Hoc etiam teſtatur* Hoveden, *in hæc verba ;* Rex *Henric'* primus omnes malas conſuetudines et iniquas exactiones, quibus regnum Angl' injuſte opprimebatur abſtulit, pacem firmam in toto

Ex vita Abbatis ſancti Albani.

Ex lib. Monaſt. de Lichfield.

Ex Ingulpho Abbate Crowlandenſe.

Ex libro Antiquarum legũ.

Ex libro manuſcripto de legibus antiquis.

Ex Math. Par. monacho ſancti Albani.

Ex Rogero Hoveden.

Ex Mat. Par.

Ex Roger. Hoveden.

toto regno ſuo poſuit, et teneri præcepit legem Reg. *Edwardi*, omnibus in commune reddidit &c. *Quod etiam* Florentius *monachus Wigorn'* (*qui vixit ſub* Henrico *primo*) *in iiſdem fere verbis demonſtrat. Quin &, injuſticia ſeculi ſuperioris unde exorta fuit, & unde & quomodo emendata*, Gulielmus *monachus Malmeſburienſis his meminit verbis. Henricus* nat. in Anglia et regie natus &c. edicto ſtatim ꝑ Angliam miſſo injuſticias a fratre et *Ranulpho* inſtitutas prohibuit &c. aliquarum moderationem legum revocavit inſolitam, ſacramento ſuo et omnium Procerum ne luderentur corroborans &c. *Rex* Stephan' *qui in avunculi ſucceſſit regnum, charta ſua magna libertatum* Baronibus et hominibus de Anglia, *confirmavit his verbis*, omnes Libertates et bonas leges, quas *Henricus* Rex Angliæ avunculus meus eis dedit et conceſſit, et omnes bonas leges et bonas conſuetudines eis concedo quas habuerunt tempore reg. *Edw: Curaq; illi tanta imprimis fuit innovationi viam intercludendi, qd'* Rogerus Bacon *Frater ille perquam eruditus, in libro ſuo* de impedimentis ſapientiæ, *dicit*, Rex quidem *Stephanus*, allatis Legibus Italiæ in Angliam, publico edicto prohibuit ne ab aliquo detinerentur. *Huic ſucceſſione proximus fuit* Henrico *ſecundus*, *qui alia Magna Charta priores ſtabilivit Leges, in hæc verba: Henricus* Dei gratia Rex Angl', Dux Normanniæ et Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, omnibus Comitibus, Baronib', et fidelibus ſuis Francis et Anglis ſalutem. Sciatis me, ad honorem Dei et ſanctæ Eccleſiæ, et pro communi emendatione totius Regni mei conceſſiſſe et reddidiſſe, et charta mea confirmaſſe Deo et ſanctæ Eccleſiæ et omnibus comitibus et Baronibus et omnibus hominibus meis omnes conceſſiones et donationes, et Libertates et liberas conſuetudines quas Rex *Henricus* avus meus eis dedit et conceſſit. Similiter etiam omnes malas conſuetudines quas ipſe delevit et remiſit, ego remitto et deleri concedo pro me et hæredibus meis. *Vnde liquet eum in Chartam avi ſui fore relaturum, qua iniquas exactiones & conſuetudines à regnante fratre inſtitutas aboleviſſet, & antiquiores præſtantioreſq; ſancti* Ed. *leges corroboraſſet. Nec minus antiquæ pari etiam teſtimonio conſtabunt nonnullæ civitatum noſtrarū conſuetudines: De Londino enim ait* Fitzſtephen *monachus Cantuarienſis*; Prius condita eſt quam illa a *Remo* et *Romulo*, *Romam intelligens*; unde et adhuc antiquis eiſdem utuntur Legibus communibus inſtitutis, &c. *Paulo inferius perveniamus uſque ad tempora regis* Iohannis *filii regis* Henrici *ſecundi. Hic anno decimo ſeptimo a ſuſcepto gubernaculo, duas illas conſtituit magnas Chartas, unam quam dicimus, Magnam Chartam* (*ob rei potius momentum quam ob quantitatem*) *aliam vero, Chartam de Foreſta, quæ in hodiernum uſque extant*

Ex Florentio monach. Wigorn.

Ex Willielmo monacho Malmesbur.

Ex libro legum Antiquarum.

Ex libro Rogeri Bacon de impedimentis ſapientiæ.

Ex libro legū Antiquarum.

Ex Stephani de monacho Cāt.

tant

Math. Par. an. do. 1215. pag. 246, 247. Nota.

Ex monacho Crowlandiæ.

Ex Mat. Weſt-monaſt.

tant diem: De quibus monachus ſancti Albani: Quæ ex parte maxima Leges Antiquas & regni conſuetudines continebant. *Et non multo poſt inquit*: Capitula quoque Legũ & Libertatum, quæ ibi Magnates confirmare quærebant, partem in Charta Regis *Henrici* ſuperius ſcripta ſunt, partimque Legibus Regis *Edwardi* antiquis excerpta: *Non equidem quod has inſtituiſſe putes Regem* Edwardum, *ſed quod* ex immenſa Legum congerie &c. optima quæque ſelegit, ac in unam coegit; *ut in in tertiæ patris Relationum mearũ Præfatione copioſe magis videre eſt. Quas quidem Magnas Chartas Regis* Iohannis in hæc verba *habet* Math. Par. pag. 246. *& eadem plane ſunt cum Magna illa Charta & Charta de Foreſta, quæ ſtabiliuntur firmæque redduntur in Magna Charta, anno nono* Henrici *tertii ſancita: quarum tanta eſt excellentia, quod diverſorum exinde parliamentorum prudentia & authoritas ultra trigeſies illas approbaverunt & executioni mandaverunt. In* Regiſtro *præterea, Leges iſtæ in Reſcriptis quam plurimis dicuntur* Libertates, *ubi dicitur*, juxta tenorem Magnæ Chartæ de Libertatibus Angliæ, *ab effectu*, quia liberos faciunt: *Quas* Math. Par. *& alii ut patet ſupra ſub eodem habent nomine. Iam tandem, non ſolum ex Hiſtoriographis, quibus idem ac nobis in religione ſuadetur, ſed ex hiſce etiam monaſticis, Legum noſtrarum municipalium excellentia & antiquitas eluceant perſpicue. Hoc illi meis in prioribus Præfationibus aſſertioni fuſius ſubtexui, ut earum unita vis facilius utrinque adimat opinionum diſcrepantiam de veritate clariſsimis adeò multis firmiſsimiſq; argumentis (in ſupradict' tertiæ partis proœmio, immo & teſtimonio* Iohannis Forteſcue, *militis aurati (qui, regnante* Henrico *ſexto, è ſupremo angliæ tribunali jus dixit) inter alia prolato in Præfatione ſextæ mearum Relationum partis) demonſtrata. Quæ omnia evincunt manifeſto Legum municipalium corpus ante devictam hanc Nationem inſcriptum non fuiſſe in fragmentis illis edictorum atque Conſtitutionum promulgatis ſub titulo Legum Regis* Aluredi, Edwardi *primi*, Edwardi *ſecundi*, Ethelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, Canuti, Edwardi *Confeſſoris aliorumve regum Angliæ, gente hac nondum ſubjugata: Quin &, illa adhuc reliqua Legum perpauca capitula majore ex parte ſunt Edicta quædam & Conſtitutiones, ab iiſdem regibus, ex aſſenſu Comitiorum regni, ſeparatim ſancita. De Præſtantia Legum noſtrarum communium, hoc adjiciam, quod* Monachus Crowlandenſis *illas nequaquam immerito appellavit* Leges æquiſſimas. *Et de illis ait* Mat. Weſtmonaſterienſis: Iubente Cnutone ab Anglica lingua in Latinam tranſlatæ, tam in Dacia quam in Anglia propter eorum æquitatem a Regẽ præfato obſervari jubentur. *Atque hac de re hæc ſufficiant.*

Miſſos tandem faciamus Hiſtoricos, ſi in duobus magni ponderis & momenti illis prius occurramus.

Primò, morem experiundi cauſas per duodecim viros juratos (qui firmiſſimorum unum eſt argumentorum Antiquitatis Legum Communium, ut his ſolis proprius) potentis Subiugatoris ex arbitrio non fuiſſe introductum (ut eorum nonnulli audactèr ſatis affirmârunt.) Secundo, Curiam Actionum Communium institutā non fuiſſe poſt ſtatutum Magnæ Chartæ (anno nono Regis Henrici *tertii ſancitum) hoc quod opinioni quorundam aliorum penitùs adverſatur. Ad primum quod attinet, conſulat Lector doctus proœmium in tertiam Relationum mearum partem, ubi habeat in quo hac de re edoctus ſatis acquieſcat: interea tamen magni illius (ſuo genere) hujus regni ornamenti attexam ſententiam in elaborata ejus* Britannia pag. 109. *qua clauſam habes hanc rem.* Quod verò Polidorus Virgilius ſcribit, Gulielmum illum victorem duodecim virorum judicium primùm induxiſſe, nihil à vero alienius; multis enim ante annis in uſu fuiſſe certiſsimum eſt ex Legibus Etheldredi: Nec eſt cur terribile judicium vocaret, è populo enim duodecim viri liberi & legales è vicinia ritè evocantur; hi jurejurando obligantur verè de facto ſententiam dicere; advocatos coram Tribunali utrinque differentes, & teſtes audiunt; inde acceptis utriuſque partis inſtrumentis, concluduntur, ſine cibo, potu & igne detinentur (niſi forte periculum ſit ne ex illis quiſpiam moriatur) donec de facto inter ſe convenerint, quod ubi coram Judice pronunciaverint, ille de Jure ſententiam profert. Hanc enim rationem prudentiſsimi Majores noſtri optimam eſſe ad veritatem eliciendam, tum ad corruptelas evitandas, & affectus intercludendos exiſtimârunt. *Et modus hic eruendi veritatem (præſtantiſſimus omnino, planéque æquiſſimus) qua de cauſa juri municipali Angliæ peculiaris eſt, diſcas evolvendo hæc quæ ſcripſit Juſticiarius* Forteſcue, cap. 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32. &c. *Quæ cum, ut literis effingerentur aureis, optimè promeruerunt (ſi vel gravitatem vel excellentiam ſpectemus) nullam inde partem à me habes abſtractam, propterea quod fontes ipſos petat velim Lector eruditus. Secundo loco, luce ipſa meridiana apparet clarius Curiam Communium placitorum originem neutiquam habuiſſe poſt ſtatutum* 9 Henr̄ 3. Cap. 11. Communia placita non ſequantur Curiam noſtram, ſed teneantur in aliquo loco certo. *Primò, eodem ipſo tempore, eademque Chartâ, capite decimo tercio, Curia Actionum communium expreſſim nominatur:* Aſsiſæ de ultima præſentatione ſemper capiantur coram Juſticiariis de Banco, & ibi terminentur: *& dubium nemini eſt quin Juſticiarii de Banco ſint Communium Actionum Juſticiarii. Secundò, Rex* Henricus *primus, filius Victoris, Chartam Abbati de B. fecit confirmationis omnium ſuarum conſuetudinum &c. & ulterius ei conceſſit cognitionem Actionum*

Camb. Britain. pag. 109.

Forteſcue.

omnium quarumcunque, *adeo ut neutrius* Banci, *ſive Aſsiſarum, Juſticiariis liceret interponere authoritatem ſuam: & hoc perſpicuum eſt ex* 26 Aſſ. pl. 24. *Tertio, in* 6 Ed.3. fo. 54, 55. *conſtat*, 15ª. *Michaelis anno ſexto regis* Richardi *primi, finem fuiſſe levatum (ut loquimur) inter abbatem de S. &* Theoband C. *de jure Patronatus eccleſiæ de Preſton, coram Archiepiſcopo Cantuarienſi, Epiſcopo Roffenſi, & aliis Juſticiariis de Banco, id eſt, de Curia placitorum ſive actionum communium.) Quin & in Commentariis magiſtri* Plowden *in caſu* Stowell, *fines fuiſſe levatos, nondum hoc regno ſubiugato, manifeſtum eſt. In archivo etiamnum hodiè extant fragmenta nonnulla actorum publicorum atque judiciorum ſub Rege* Richardo *primo, tam* coram Juſticiariis de Banco, *quam* coram Rege. Martinus de Pateſhull conſtitutus erat Juſticiarius de Banco, anno primo regis *H.* tertii, *nondum adhuc edito ſtatuto Magnæ Chartæ. Et in anno decimo* Edwardi *quarti*, fol. 53. *omnes totius Angliæ Judices, Cancellariam, Bancum Regium, Bancum communem & Scaccarium, eſſe Regis fora affirmabant, ſicque ex omni ætatum memoria extitiſſe; adeo ut dicere nemo ſciat, hoc eſt eorum antiquiſsimum. In hac vero perſpicua veritate hæc nobis ſufficiant. Hic tamen obſervem Epiſcopos olim quam plurimos, alioſque viros eccleſiaſticos, ſtudio Legum municipalium Angliæ cupidè invigilaſſe, plenamque inde uberioremque adeptos fuiſſe cognitionem: Idem enim* Martinus de Pateſhul *Capitalis de Banco Juſticiarius anno primo Regis* Henrici *tertii (ut ſupra memoratur) Decanus item fuit Eccleſiæ Sancti* Pauli: *De quo dicitur*; vir fuit ſummæ prudentiæ, & in legibus hujus regni peritiſsimus. *Et* Johannes Briton *Epiſcopus Herefordenſis, optimè ſub Rege* Edwardo 1. *ſcripſit de municipalibus Angliæ Legibus, cujus hodiè habemus opera. Multi etiam Magnatum, in Legibus Angliæ periti imprimis evaſerunt, utputa (quod unum inſtar multorum habeas ne hæc egrediatur ſuos fines præfatio,)* Ranulphus de Meſchives, *Clarus ille & illuſtris Comes Ceſtriæ, ejuſque familiæ tertius & poſtremus (vir (niſi me meus fallat Author) ſumma ſcientia & peritia hujus regni Legum ſingulari) de eiſdem librum compoſuit, qui ſuam in illis cognitionem abunde ſatis teſtatur: De quo* Math. Par. pag. 350. *meminit (effectum ejus doctrinæ Legumque hujus regni prudentiæ certiſsimum:)* Solus autem Comes Ceſtrenſis *Ranulphus* ſtetit viriliter, nolens terram ſuam redigere in ſervitutem (i. decimas ſolvere Domino Papæ) nec permiſit de feodo ſuo viros religioſos vel Clericos decimas memoratas ſolvere quamvis Anglia & Wallia, Scotia & Hybernia, ad ſolutionem compellerentur. *Et ad Comitium Parliamentarium anno Regis* Henrici *tertii viceſimo, Actus ſic ſe habet:* Rogaverunt omnes Epiſcopi Mag-

26.lib. Aſſi. pl. 24.
6 Ed.3. 54,55.
15 Mich.6.Ric. primi.

Pl.Com. in Stowels caſe.

Ex. rot. Pat. de anno 1 H. 3.
10 Ed. 4.53.

Joh. Briton Epiſcopus Heref.

Math. Par. pag. 350.

Stat. Merton, c. 9.

Magnates ut conſentirent, quod nati ante matrimonium eſſent legitimi, ſicut illi qui nati ſunt poſt matrimonium quantum ad ſucceſſionem hæreditariam, quia Eccleſia tales habet pro legitimis: & omnes Comites & Barones una voce reſponderunt, quod noluerunt Leges Angliæ mutare quæ hucuſque uſitatæ ſunt & approbatæ. *Fixa cujuſmodi & uniformis omnium Angliæ Magnatum reſponſio*, nullo contradicente, *interiorem eorum zelum & reverentiam, quæ medullitus (ſi dicam) in Patriæ ſuæ chariſſimæ Leges communes haberent, patefecit. Certa quidem & continua jam inde à devicta hac natione in municipalibus Angliæ Legibus praxis regnante ipſius Victoris filio* Henrico *primo (cum flagrantis illius ſubjugationis vix adhuc evanuiſſet fumus) & abinde hucuſque deducta, illas ante ingreſſum Victoris* Gulielmi *in uſu fuiſſe evincet manifeſtè: Nequaquam enim foret poſſibile, talem Leges attigiſſe perfectionem ſub ſuccedente* Henrico *ſecundo, qualem tunc habuiſſent, ſi à Victore adeo nuperrimè introductæ vel inſtitutæ fuiſſent. De quibus Legibus hoc confidenter ſtatuam. Nullam eſſe Legem (humanam dico) in toto hoc terrarum orbe, qua cum honore, pace, & concordia res in hoc regno agantur publicæ, infinitis prorſus gradibus, æquè commodè atque his antiquiſſimis ac præſtantiſſimis Angliæ Legibus.* Ranulphus de Glanvilla, *Iuſticiarius capitalis ſub* Henrico *ſecundo, Legum Angliæ partem doctiſſimè pariter atque conſultiſſimè literis commendavit (cujus opera in hodiernum uſque diem ſuperſunt) ejuſdemque tractatus proœmio ſcribit, Regem hanc gentem gubernaſſe* Legibus regni & conſuetudinibus de ratione introductis & diu obtentis: *ex quibus verbis, adeo multis abhinc ſeculis, emiſſis, manifeſtum eſt, quod tunc fuerunt leges regni & conſuetudines ratione fundatæ & antiquis temporibus acquiſitæ; quæ proculdubio nec potuit nec aſſerere voluit, ſi adeo recenter & ferè immediatè antè per Expugnatorem fuiſſent inſtitutæ. Et ne reverendiſſimo illi Iudici videar ingratus (cujus teſtimonium hiſce meis lucubrationibus (ſicut aliàs) ſæpe a me habes prolatum) pro fructu quem ex pulcherrimis ejus operum arvis me collegiſſe confiteor, in honorem ejus, & nominis, & ſobolis hodiè florentis (ſicut optima mihi cognoſcendi eſt occaſi- in ſecula futura emitere et in medium proferre viſum eſt, quæ magnæ fore vetuſtatis et exploratæ veritatis ſæpiſſimè ſum expertus: quorum origo apud me eſt, et hiſce verbis ſequuntur. Ranulphus de Glanvilla* Iuſticiarius Angl', Fundator fuit Domus de Butteley in Comitat. Suffolc. quæ fundata erat anno Regis *Henrici* filii imperatricis decimo ſeptimo, & anno Domini 1171. quo anno *Thomas Becket* Cantuarienſis Archiepiſcopus erat occiſus. Et dictus *Ranulphus* naſcebatur in villa de Stratford in Comitatu Suffolciæ, et habuit manerium de Benhall cum toto dominio ex dono dicti regis

Iuſticiarius Angliæ, Fundator prioratus de Butteley.

Henrici

Donum regis.
Vxor ejus.
Filiæ ejus.
Nuptiæ et dotationes filiarum.
Et earum poſteritas.
Nota.
Vir præclariſſimus et de nobili ſanguine.
Vir ſtrenuiſſimus.
Ad terram ſanctam peregrinatus.
Pl. com. f. 368.
Obiit apud Acres.
Effuſio ſanguinis contra inimicos Chriſti.
Proſapia uxoris ejus Bertæ.

Henrici : Et duxit in uxorem quandam *Bertam* filiam domini *Theobaldi de Valeymz* ſenioris, domini de Parham; qui *Theobaldus* per Chartam ſuam dedit dicto *Ranulpho* et *Bertæ* uxori ſuæ totam terram de Brochous cum pertinentiis, in qua domus de Butteley ſita eſt, cum aliis terris et tenementis in libero maritagio. Prædictus vero *Ranulphus* ꝓcreavit tres filias de dicta *Berta*, viz. *Matildam*, *Amabiliam*, et *Helewiſam*, quibus dedit terram ſuam ante progreſſum ſuum verſas terram ſanctam. *Matilda*, prima ſoror, habuit ex dono patris ſui totam villam de Benhall integralitèr una cũ advocatione eccleſiæ ſive Monaſterii beatæ Mariæ de Butteley, et nupſit cuidam militi nomine *Willihelmo de Auberville*, de quibus proceſſit *Hugo de Auberville :* De ipſo *Hugone Willihelmus de Auberville :* De ipſo *Willihelmo* ꝓceſſit quædam *Iohanna* filia unica et hæres, quæ nupſit cuidam militi d̄ Cancia nomine *Nicholao Kyryel*, qui duxit in uxorem *Margaretam* filiam domini *Galfridi Peche*; Et ille *Nicholaus* vēdidit dño *Guyd. Ferr.* p̄dictũ maneriũ de Bēhall: Et tũ illæ *Nic.* de uxore ſua genuit alium dominum *Nicholaum* militem in Cancia, qui vixit ante primam peſtilentiam. Ipſe autem *Guido* talliavit prædictum manerium in Curia Domini regis apud Weſtmonaſterium in craſtino Aſcenſionis Domini, anno regni Regis *Edwardi* filii *Edwardi* primo, ſibi et *Alianoræ* uxori ſuæ, et hæredib' de ſe exeunt': Et ſi ipſe *Guido* ſine hærede diſcederet, rem̃ *Willihelmo* de ſancto *Quintino* et hæredibus. *Amabilia*, ſecunda ſoror, habuit ex dono Patris ſui medietatem villæ de Bawdeſeia, et medietatem villæ de Fynbergh: *Amabilia* prædicta habuit virum nomine *Ranulphum de Ardern*; de quo proceſſit *Thomas de Ardern* filius et hæres; de *Thoma Ranulphus* filius et hæres, qui feoffavit priorem et conventum de Butteley de medietate villæ de Bawdeſey. De prædicto *Ranulpho* proceſſit quidam *Thomas Ardern* filius et hæres. *Helewiſa* tertia ſoror, habuit ex dono partis ſui aliam medietatem villæ de Bawdeſey prædicta, et aliam medietatem villæ de Fynbergh prædicta: *Helewiſa* prædicta habuit virum nomine *Robertum* filium *Roberti*, de quo proceſſit *Radulphus* filius et hæres, qui feoffavit *Warrinum de Inſula* de medietate prædicta villæ de Fynbergh. De *Radulpho* ꝓceſſit *Robertus* filius et hæres, qui feoffavit *Ran'* fratrem ſuum de medietate prædictæ villæ de Bawdeſey. Et nota quod præfatus *Ranulphus de Glanvilla* fuit vir præclariſſimus genere, utpote de nobili ſanguine, vir inſuper ſtrenuiſſimus corpore, qui provectiori ætate ad terram ſanctam preperavit, et ibidem contra inimicos crucis Chriſti ſtrenuiſſime uſque ad necem dimicavit. Fuit autem *Berta* ex illuſtri proſapia orta, filia domini *Theobaldi Valeymz* ſenioris, domini de Parham,

ham, quorum & *Ranulphi* & *Bertæ* conſanguinei multi, de quibus plures milites, omnes vero gentiles & generoſi, iſtam partem Suffolciæ eorum incolatu & generoſa carnis propagine honorificè illuſtrabant annis multis.

Et Henricus de Bracton, *Regis* Henr. *tertii temporibus, hujus regni Iudex, capite primo Libri ſui primi numero tertio, inquit:* Ego *Hen. de Bracton* animũ erexi ad vetera judicia juſtorum ꝑſcrutãda diligentèr, non ſine vigiliis et labore &c *adeo ut Leges Angliæ* vetera judicia juſtorũ *ab illo nuncupantur. Author libri qui inſcribitur* Fleta *(qui regnante* Edwardo *primo ſcripſit) in operis ſui exordio idem ſentit quod et* Glanvilla *de Angliæ Legum tum antiquitate tum honore; & ibidem, librum quem ſcripſit cur diſtinxit appellatione* Fletæ *plenius tibi ſatisfacias:* Tractatus autem iſte, qui *Fleta* meritò poterit appellari; quia in Fleta, de jure Anglorum, fuit compoſitus. *Reſcriptorum mihi eſt originalium* Regiſtrum, *ſub Rege Henrico ſecundo literis conſignatum (quo tempore ſcripſit* Glanvilla*) brevia ſive Reſcripta continens originalia, quæ multò ante ſubactam hanc nationem (prout conſtat in memorata illa tertiæ partis præfatione) in vigore extiterunt pleno ut & hodiè exiſtunt; eis modò exceptis quæ in Comitiis Parliamentariis inſtituta aut immutata fuere, qui liber, omnium de lege municipali extantium eſt vetuſtiſſimus, adeoquè antiquus, ut de origine ejus nihil prorſus oſtendatur. Ad ſecundam quæſtionem affirmo, quòd ſtatuta, quæ inſcribuntur,* Magna Charta, Charta de Foreſta, Merton, Marlebridge, Weſtm̃ 1. De Bigamis, Glouceſter, Weſtm̃ 2 Articuli ſuper Chartas, Articuli Cleri, Statutum Eboraicum, Prærogativa Regis, *& antiqua alia nonnulla (inter quæ ſtatutum anno viceſimo quinto* Edwardi *tertii de crimine læſæ Majeſtatis ſancitum omittendum non eſt) pleriſque quorum ſolummodò declaratur lex municipalis; unà cum reſcriptis originalibus de actionibus ſive placitis (ut loquimur) communibus. quæ in* Regiſtro *comprehenduntur; & exquiſitæ & veræ indicandi crimina delinquentium formulæ cum Judiciis ſuperinde redditis, ſunt corpus ipſum & quaſi textus legum Angl. municipalium: cauſarũq; & Judiciorũ relatorum vetuſtiores libri olim editi, & monumenta ſeu acta publica, ab annis quadringentis & ultra in hunc uſque diem deducta & ſumma fide reſervata ſunt Commentaria tantùm. & earum legum, reſcriptorum originalium, & indicandi formularum Judiciorumque, expoſitiones. Et cũ aliàs, tum præcipuè ex duobus cauſſis (alterâ ſcilicet,* Jehu Web, *alterâ* Blackamore*) jam prelo, ut & aliæ, commiſſis (vereque hoc fauſtiſſimo immò florentiſſimo Juſticiæ à Regia Majeſtate unicuique adminiſtratæ determinatis) patet clariſſimè libros noſtros et monumenta,* apta fore commentaria, & veras ſtatutorum decretorumque comitialium explicationes. Et, ſi ſtudioſus Lector exemplum de reſcripto originali quæſiverit, caſum Calye, in termino Paſchæ 26 Elizab. Reginæ feliciſſimæ memoriæ agitatum, & jam editum, conſulat, ex quo clarè patet conſultam imprimis ſuiſſe Judicis Fitzherbert opinionem judicioque latam optimo in proœmio Libri ſui de Natnra brevium, ubi aſſerit Reſcripta originalia fundamenta eſſe, & totius Legis quaſi cardines: & quàm rectè ab eo Juris principia appellantur: Firmat etiam hic caſus illud quod ſentit Bracton lib. 5. fol. 413. ubi dicit, Breve formatum eſſe ad ſimilitudinem regulæ Juris. Quem caſum in medium proferendo hunc mihi propoſui finem, quòd uſum ſingularem brevium originalium ex hoc perſpicientes ſtudioſi, dum adhuc in hoc literarum genere tyrones ſunt, ea vel ſaltem eorum in uſu frequentiora memoritèr edicerint; quòd ſi faciant ad hæc tria plurimi momenti facillimè perveniant. Primò, rectiùs librorum apprehendant rationem: Secundò, ſenſum ſententiamque Juris genuinam feliciùs intelligant: Exquiſitam denique cauſſas agendi formam aſſequantur. Et caſus de Barratria (ut loquimur) formulam indicandi crimina rectè tibi demonſtrat.

Aſſiſarum Actionumque realium intermiſſio, bina in Rempub. induxerunt mala, & tertiam (ſi modò non ſurrepſerit) ſequi veriſimile eſt. Primò litium multitudo in actionibus perſonalibus quibus liberi tenementi & juris hæreditarii realitas controverſa eſt, in ſubditi impenſam & vexationem minimè tolerandas. Secundò, contentiones multiplices in uno eodemque caſu, adeo ut ſententiæ duodecim virorum juratorum (quas veredicta vocamus) diverſæ ſæpiùs feruntur ex utraque parte; nec tamen lis demùm inter partes aliquatenus dirimitur, nec fixa alterutri ſeu pacifica manet poſſeſſio, utrinque licet frequentiùs exploretur paritèr ac judicetur.

Et hoc fit, dum recta Legum inſtitutio declinatur: unde Lex municipalis dente carpitur maledico, & detrimenta reipublicæ eveniunt non ferenda. In actionibus perſonalibus de ære alieno, bonis, & catallis (ut dicimus) recuperatio vel barra (ut apud nos eſt) in una actione, barra eſt & in alia, & hujuſmodi litis finis eſt. In actionibus verò realibus de libero tenemento & hæreditate (quæ altioris prorſus ſunt naturæ & dignioris, & in quibus jura diſſimiliora decernuntur, ſubtilioreſque agitantur in lege quæſtiones) ultra duas, vel tres (idque rariſſimè) eſſe nequeant explorationes, & interim, unâ jam habitâ recuperatione, quietè agitur poſſeſſio. Tertiò, actionum realium deſuetudo duo efficient periculoſa, videlicet, veri judicii in legum profeſſoribus defectum, & in Clericis, formularum ritè *intrandi, aptique in iſdem cauſsis proceſſus craſſam ignorantiam. Opera Naturæ ſuis à primordiis maximè præſervari perſpicimus, res politicæ ab iiſdem optimè fundamentis muniuntur a quibus primo inſtituuntur, & Iuſticia æquiùs ſemper adminiſtratur, quùm Leges ſecundum veram & genuinam earum inſtitutionem executioni mandentur: Ideoque ut antiqua Legum municipalium & præclara inſtitutio, ad reipublicæ utilitatem retineatur* (expedit enim reipublicæ, ut ſit finis litium) *duos in publicum protuli caſus de Aſsiſis, eò quòd breve de Aſsiſa (in caſu quo habeatur)* optimum eſt et maximè feſtinum remedium: *& caſus* Buckmere, *&* Syms *de brevibus de Formedon (ut loquimur) in remanere: & caſum* Edwardi Altham *de brevi de Dote recuperanda.*

Et nos, quos regia Majeſtas publicos in hoc ſuo regno ſubſtituit Iudices, moras omnes ſupervacaneas & indebitas, omneſque fictas & curioſas nimis in placitando agitationes (quoad poſſumus) penitùs amputare ſtatuimus: quæ, dum irrepſerunt, multum nuper in cauſa fuerunt quare actiones reales & præſertim de Aſsiſis brevia, ut quondam fuerint, non adeo ſunt frequentia.

Et quamvis in actionibus realibus, ſicut cauſsæ pondus in ſe exigit, longiora tempora in proceſſu, quam in actionibus perſonalibus concedantur, ſicut in libello Iudicis Forteſcue cap. 53. *manifeſtum eſt (ubi apparet dilationes illas nec nimis longas eſſe, nec juſtâ non niſi de causâ admiſſas:* Crebro enim *(inquit ille)* in deliberationibus judicia matureſcunt, ſed in accelerato proceſſu nunquam:) *Petens tamen tempore opportuno per has reales Actiones ad finem litis pervenerit; ad quem per actionum perſonalium proſecutionem de libero tenemento vel hæreditate experiundo, nunquam poteſt. Tres autem Relationum partes regnante* Edw.3. *promulgatas qui penſitaverint, paucas aut omninò nullas tranſgreſsionis, aliaſve perſonales actiones de terris ſeu tenementis latas invenerint, niſi ubi nulla de libero tenemento aut jure hæreditario quæſtio oriebatur, aut ubi Petenti nulla realis Actio data fuit. Liquet igitur, cum aliàs tum præcipuè ex actione quadam tranſgreſsionis,* Quare clauſam fregit, *per Epiſcopum Covent' & Lichfield' proſecutâ in* 6 Edwardi 3. fol. 34. b. *ad Epiſcopi replicationem factam fuiſſe exceptionem, quòd in realitate litem agitabat, ſemper enim, ut tunc ſe habuerunt tempora, caſus reales in actionibus realibus diſcuſſi fuerunt: unde eorum tempore Iudices præclarum illud meruere teſtimonium, quod* Thirning, *Iuſticiarius capitalis, illis attribuit anno*

Forteſcue.c.53.

6.Ed.3.fo.34.b

Henrici 4. 12. *videlicet, quòd aliorum omnium longè fuerunt conſultiſſimi ſimul & ſapientiſſimi; & quòd ſub Rege* Edwardo 3. *majorem quam antea habuiſſet Lex perfectionem; & quòd cauſſarum in jure agitatio (ſummum legis decus & ornamentum) ad eam in ejuſdem Regis temporibus creviſſet excellentiam, ut ſuperiorum temporum agitationes, ſi ad illas ſub Rege* Edwardo 3. *compararentur, mancas quaſi & imbelles à* Thirning *exiſtimarentur.*

Magnum Ducatus Cornubiæ caſum variis de cauſis retuli. Primò quamvis ille idem caſus olim (ut hæc mearum Relationum parte conſtare poterit) adjudicatus fuerit; de eodem tamen jamdudum quæſtio nova exorta eſt, partim quòd judicia inter alia Regis monumenta, paucis cognita, clauſa aſſervantur, & partim quòd judiciorum rationes & cauſæ (ut legis mos eſt) in iiſdem non expreſſæ monumentis, nulli plenè & integrè ſatisfecerunt; præſertim verò, quòd nulla de eorum determinationum ac judiciorum veris cauſis & rationibus facta fuerit & divulgata Relatio. Secundò, quòd illi qui nullam inde habent partem, de vero poſſeſſionum hujus Ducatus ſtatu inſtituantur, eoquè moneantur ne cum iis pactionem ineant qui poſſeſſiones inde aliquas emerunt aut adepti fuerunt: Et quòd hi qui ullam ejuſdem partem acquiſiverunt, aliove pacto nacti ſunt, intelligentes ſententiam in hoc caſu latam fuiſſe; cum ex quam plurimis directis admodum & luculentis Authoritatibus & indiciis, tùm ex plenâ demonſtrativâque ratione (duobus veris & præcipuis ſatisfaciendi cauſis) habeant quo acquieſcant. Vltima hunc caſum referendi cauſa (nequaquam tamen minima) eſt, quod ter maximus ille & excellentiſſimus Princeps, qui omine, nomine, numine magnus, *& omnium qui anteceſſerunt illuſtriſſimus, in prima ſua cauſſa palmam* in hoc forenſi dicendi genere *adeptus eſt. Nonnullæ mihi animum induxerunt rationes, ut Latinè in ſcripta redigerem hunc caſum, quòd dum facerem, contentus fui* potiùs ſcribere propriè quam Latinè, *& quia voces artis (in aliam ſe converti Linguam minimè patientes) adeo multæ ſunt & frequentèr intercedentes, Linguâ etiam aſſuetâ hæc loquitur Relatio; utraque igitur Lector pro animo ſuo utatur. Quoſdam alios à me modò relatos habes caſus de quæſtionibus in Lege nonnullis abſtruſiſſimis, difficillimis, & ſpinoſiſſimis, intellectu tamen valdè neceſſariis, ut puta caſum* Arthuri Blackamore *de emendationibus, caſum* Beecher *de formula Iuris quam dicimus Retraxit, de receſſu in contemptum Curiæ, & de mulctis (quas fines & amerciamenta* *vocamus) caſum* Grieſly *de amerciamentis afferendis, & nonnullos alios. Hos, de induſtria, tam perſpicuè, luculenter, & ſummatim quàm potui, perfeci: Leges enim planè ſunt diſſimiles illis Naturæ quæ* gratiùs per Chryſtallum aut ſuccinum pelluceant quam ſi nuda conſpiciantur, *nec pictis aſſimilentur tabulis quæ delicias tùm afferunt maximas, quum recentibus adhuc & floridis poliantur coloribus, & umbris graphicè inductis haud parùm illuſtrantur & exornantur.*

Vtrum res ipſa, ſive ætas mea provectior (anno jam ſexageſimo ætatis meæ propemodum acto) ſive aliud quicquam in cauſa eſt; labore magis, in hoc octavo opuſculo, quam ſuperiorum aliquibus, eniſum me fuiſſe pro certo ſcio: Deus tamen optimus maximus propitiâ ſuâ benignitate (dum in gravioribus reipublicæ negotiis verſatus fui) hoc ut perficerem vires dedit. Et, ut dicunt Naturaliſtæ, ſicut nulla ſylvarum aut camporum volatilium genera ſunt, quæ non aliquid afferunt ad nidum aquileum conſtruendum & adornandum, nonnulla cinnamonum aliáque magni pretii & momenti, nonnulla juniperum & talia id genus minoris pretii, ſecundum illorum qualitatem, potentiam, & facultatem: ita cuilibet, ſecundum poteſtatem, ordinem, & mentis acumen, addendum eſt aliquid, non ſolum patriæ noſtræ chariſſimæ (aquilæ noſtræ nido potentiſſimæ) ut proſit & illuſtret, ſed in eo etiam pro virili, ut interiorem animi intentionem & affectum exprimat, ad Regiæ Majeſtatis dies pacificos, gubernationemque ejus feliciſſimam atque beatiſſimam in poſterum celebrandum. Ego verò, cum ſuæ Majeſtatis Gratia ad hanc ſedem Iudiciariam ſummo cum favore me evocârit, in officio meo me defuiſſe exiſtimavi, ſi non, dum multa mea in profeſſione obſervavi, in lucem ederem caſus nonnullos (inter alios) ſub Regia ſua Majeſtate in eminentiſſimis Iuſticiæ ordinariæ Curiis judicatos & diſcuſſos, ſereniſſimo hoc florentiſſimoque vere Iuſticiæ à ſua Majeſtate piè adminiſtratæ; qui caſus cum illis editionum mearum ſuperiorum, numerum attingunt octaginta quatuor. Et (ſi deo placeat) opus aliud poſthac edere inſtitui; cujus quidem elementa tantùm collegi, non tamen ut propoſitum mihi eſt formavi, ne forſan ſi relinquerem qualecunque ſit poſt meam ex hac vita emigrationem (quod re pari accidiſſe vidimus) promulgaretur imperfectum. Singularis veſtrum ſuperiorum mearum Relationum approbatio, continuis aliarum Lucubrationum aſſociata votis, ad onus hoc aggrediendum multùm me incitavit. Et, ſi

non

Lectori.

non minorem vos veſtris in ſtudiis fructum ex his perceperitis, quam ego ex animo vobis opto, voſq; (ſcientiæ veſtræ ex cupiditate) ſperatis, faciles meæ mihi erunt vigiliæ: votis enim meis abundè ſatisfactum erit.

Benè Vale.

DEO,

PATRIÆ,

TIBI.

THat which I have written as you know (learned Reader) in ſome of my former prefaces of the Antiquitie and excellencie of our laws of England, hath produced theſe two queſtions: Firſt whether Hiſtoriographers doe concurre with that which there ſo conſtantly hath beene affirmed: Secondly, ſeeing ſo great and ſo often rehearſall is made of the common Laws of England, what the body or text of the common law is, and conſequently where a man may find it. To both which in the end I yeelded to make anſwere. For the firſt: albeit the books and records (which are *& vetuſtatis & veritatis veſtigia)* cited by me in the prefaces to the third and ſixt parts of my Commentaries, are of that authority that they need not the aide of any Hiſtorian: yet will I with a light touch ſet downe out of the conſent of Storie ſome proofes of the Antiquitie, and from the cenſure of thoſe perſons who in reſpect of their profeſſion (for they were Monkes and Clergie men) may rather fall into a Iealouſie of reſervednes then flatterie, ſomewhat of the equitie and excellencie of our Lawes; And that it doth appeare moſt plaine in ſucceſſive authoritie in ſtorie what I have poſitively affirmed out of record, That the grounds of our common laws at this day were beyond the memorie

morie or regiſter of any beginning, and the ſame which the Norman conqueror then found within this realme of England. The lawes that *Wil.* Conqueror ſware to obſerve, were *bonæ & approbatæ antiquæ regni leges*, that is, the lawes of this kingdome were in the beginning of the Conquerours raigne good, approved, and auncient. And, that the people might the better obſerve their dutie and the Conquerour his Oath, he cauſed *twelve of the moſt diſcreete and wiſe men in everie ſhire throughout all England*, to be ſworne before himſelfe, that, without ſwarving, either *ad dextram* or *ſiniſtram*, That is, neither to flatter prerogative or extend priveledge, *they ſhould declare the integritie of their lawes without concealing, adding, or in any ſort varying from the truth.* And *Aldreb* the Archbiſhop that had crowned him, and *Hugh* the Biſhop of London, *by the Kings commandement wrote that which the ſaid Iurats had delivered:* And theſe (as ſaith *Ingulphus*) *by publike proclamation, hee declared to bee authentike, and, for ever, under grievous puniſhment, to bee inviolably obſerved.* The ſumme of which, compoſed by him into a *Magna Charta* (the ground-worke of all thoſe that after followed) hee bleſſed with the ſeale of ſecuritie and wiſh of eternitie, cloſing it up with this generall: *And we further commaunde that all men keepe and obſerve duely the Lawes of King Edward:* rearing up the frontiſpice of his gratious worke with his glorious ſtile, *Willielmus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normannorum, Omnibus hominibus ſuis Francis & Anglicis Salutem, Statuimus imprimis ſuper omnia unum Deum per totum regnum noſtrum venerari, unam fidem Chriſti ſemper inviolatam cuſtodiri, pacem & ſecuritatem et concordiam, judicium & Iuſticiam inter Anglos & Normannos, Francos & Britones Walliæ et Cornubiæ, Pictos et Scotos Albaniæ, ſimiliter inter & Inſulanos, provincias et patrias quæ pertinent ad coronam et dignitatem, defenſionem et obſervationem et honorem regni noſtri, et inter omnes nobis ſubjectos per univerſã Monarchiam regni Britanniæ firmitèr et inviolabilitèr obſervari. W. Ruf.* that ſucceeded his father, ſo exceeded himſelfe in miſrule & oppreſſion, that there is left no regiſter of his goodnes in this kind, for in his time *the kingdom was oppreſſed with unjuſt exactions*, & the Iuſtice corrupted with evill uſages, as appeareth by the great charter of his ſucceeding brother, king *Henrie* the firſt, who thereby tooke away *all the evill cuſtomes wherewith the kingdō of Englãd was unjuſtly oppreſſed, and reſtored the Law of King Edward*, (ſuch Law as was in the time

Ex vita Abbatis ſancti Albani.

Ex lib. Monaſt. de Lichfield.

Ex Ingulpho Abbate Crowlandenſe.

Ex libro Antiquarum legum.

Ex libro manuſcripto de legibus antiquis.

Ex Math. Par. monacho ſancti Albani.

Ex Rogero Hoveden presbitero.

of the holy Confeſſor) *with thoſe amendments which his father added by the adviſe of his Barons.* What theſe were *Math. Paris* (who hath inſerted the Charter in his ſtorie) declareth to be *the anciene Liberties and Cuſtomes which flouriſhed in this kingdome in the time of holy king* Edw. And herewith agreeth *Hoveden* in theſe words. *King* H. *the firſt tooke away all the evil cuſtomes & unjuſt exactōs wherwith the kingdome of England was unjuſtly oppreſſed: he ſetled an aſſured peace in his whole kingdome, and commanded the law of king* Edward *to be obſerved, he reſtored to all &c.* The which, almoſt in the ſame phraſe, *Florentius* a Monke of Worceſter, and living in the raigne of *Henry* the firſt, obſerveth. And by whom the Injuſtice of the foregoing age proceeded, and by whom and how redreſſed *William* the Monk of Malmesbury delivereth in theſe words: Henrie *born in England, of kingly birth, &c. by his proclamation ſpeedily ſent through England: reſtrained the injuſtice brought in by his brother and* Ranulph &c. *and aboliſhed the unwonted lenitie of ſome lawes, giving aſſurance by his owne and all the Nobilities oath that they ſhould not be deluded &c.* K. *Ste.* that ſucceeded his uncle, cōfirmeth in his great Chr̄e of liberties *to the barōs and cōmons of Eng.* in theſe words, *All the Liberties and good lawes which* H. *king of England my Vncle graunted unto them: And I graunt them all the good lawes and good cuſtomes which they enjoyed in the raigne of K.* Edw. and was ſo jealous of innovation, as *Roger Bacon* the learned Frier ſaith in his book, *de impedimentis ſapientiæ: King* Stephen *forbad by publicke edict that no man ſhould reteine the Lawes of Italie formerly brought into England.* The next to this man was *Hen.* 2. who in another great Charter eſtabliſhed the former Lawes in theſe words. Henrie *by the grace of God King of England, duke of Normandie, and Aquitaine, Earle of Aniou, to all Earles, Barons, and his faithful Subjects of France, and England, Greeting. Know ye that I, to the honour of God and holy Church, and for the cōmon amendment of my whole kingdome, have graunted and reſtored, And by my Charter confirmed to God and holy Church, and to all Earles and Barons and to all my Subjects, All grants and donatiōs, and liberties and free cuſtomes, which king* Henry *my Graundfather gave and graunted unto them. And all thoſe evill cuſtomes which he aboliſhed and remitted, I likewiſe doe remit; and for me and my heires doe agree ſhall be aboliſhed.* By which words it appeareth, that he had reference to that Charter of his Grandfather that aboliſhed the unjuſt exaction and uſages of his brothers raigne, and confirmed the old and excellent laws under Saint *Edwards* government And no leſſe ancient, even by the like authori-

Ex Mat. Par.

Ex Roger Hoveden.

Ex Florentio monach. Wigorn.

Ex Willielmo monacho Malmesbur.

Ex libro legū Antiquarum.

Ex libro Rogeri Bacon de impedimentis ſapientiæ.

vid [illegible] 704

Ex libro legū Antiquarum.

Ex Stephanide monacho Cãt.

Mat. Par. an. domini. 1215. pa. 246.247.

Math.Par.pa. 246.

Magna Carta. 9 H. 3.

ties will appeare the cuſtomes of ſome of our Cities: For of London ſaith *Fitzſtephen* (a Monke of Canterburie) *it was built before that of Remus and Romulus* (meaning Rome) *wherefore even to this day they uſe the ſame ancient laws publicke Ordinances &c.* Let us deſcend a little lower to the times of King *Iohn* the ſon of *H.* the 2. He in the 17. yere of his raign made the two great Charters, the one called *Magna charta* (not in reſpect of the quantitie but of the weight) & the other *Charta de Foreſta*, which are yet extant to this day. Of which the Monk of Saint Albans ſaith, *Quæ ex parte maxima leges antiquas & regni conſuetudines continebant:* that is, which for the moſt part did conteine the ancient lawes and cuſtomes of this Realme. And ſoone after he ſaith: *And thoſe lawes and liberties which the Nobilitie of the Realme did there ſeeke to confirme, are partly in the above ſaid Charter of king* Henrie, *and partly taken out of the ancient lawes of King* Edward: not that king *Ed.* the Confeſſor did inſtitute them, but that he *out of the huge heape of the lawes, &c. choſe the beſt and reduced them into one*, as in the preface to the third part of my Reports more at large it appeareth. The ſaid great charters made by king *Iohn* are ſet downe *in hæc verba* in *Math. Par. pa.* 246. and in effect doe agree with *Magna Charta* and *Charta de Foreſta* eſtabliſhed & confirmed by the great charter made in 9 *H.* 3. which for their excellencie have ſince that time beene confirmed & commanded to be put in execution by the wiſedome & authoritie of 30. ſeverall parliaments and above. And theſe Laws are in the *Regiſter* in many writs called *Liberties*, for there it is ſaid, *according to the tenor of the great charter of the liberties of England*, ſo called of the effects, *becauſe they make free*: And *Math. of Par.* and others (as it appeareth before) ſtileth them by the ſame name. So as the antiquitie and excellencie of our common lawes doe not only appeare by Hiſtorians of our owne perſwaſion in Religion, but by theſe monaſticall writers: the which I have added the more at large in this point to that which I affirmed in my former prefaces, to the end that they agreeing together, may the better perſuade both parties to agree to the truth manifeſtly proved by many unanſwerable arguments in the ſaid preface to the third part, and by the authoritie of Sir *Iohn Forteſcue* chiefe Iuſtice in the raign of *K. H. 6.* amongſt others at large cited in my preface to the *6.* part, by all which it is manifeſt, that in effect the verie bodie of the common lawes before the conqueſt are omitted out of the fragments of ſuch acts and ordinances as are publiſhed under the title of the Laws of king *Alured*, *Edward* the 1. *Edward* the ſecond, *Ethelſtane*, *Edward*, *Edgar*, *Etheldred*, *Canutus*, *Edward* the Confeſſor, or of other Kings of England before the Conqueſt. And thoſe few chapters of Lawes yet remaining, are for the moſt part certaine acts and ordinances eſtabliſhed by the ſaid ſeverall Kings by aſſent of the common councell of their kingdome. As for the excellency of our municipall lawes I will adde to that which hath been ſaid before, that the Monk of Crowland calleth them *the moſt juſt lawes*, and *Math.* of Weſtm̃ of them ſaith: *They being by the appointment of King* Knute *tranſlated out of Engliſh into Latine, were by him for their equity commanded to be obſerved as well in* Denmarke *as in England.* And of this matter thus much ſhall ſuffice. But yet before I take my leave of theſe Hiſtorians, I muſt incounter ſome of them in two maine points. Firſt, that the trial by Juries of 12. men (which is one of the invincible arguments of the antiquity of the common laws, being only appropriated to them) was not inſtituted by the powerful will of a Conqueror, as ſome of them peremptorily affirme they were. The 2. that the Court of commõ pleas was not erected after the ſtatute of *Magna Charta* (which was made in the 9. yere of K. *H.*3) contrary to that which others do hold. For the firſt, I referre the learned Reader to the preface before the 3. part of my Reports, where he ſhal receive ful & cleare ſatisfaction herein, and will onely add the judgement of the great ornament (in his kind) of this kingdome in his *Britannia pag.* 109. with which I will conclude this point: *But whereas* Polydore Virgil writeth, *that* Wil. *the Conqueror firſt brought in the trial by* 12. *men, there is nothing more untrue, for it is moſt certaine and apparent by the lawes of* Etheldred, *that it was in uſe many yeres before: Neither hath he any cauſe to terme it a terrible Judgement; for free borne and lawfull men are duly by order impanelled & called forth of the neighborhood: theſe are bound by oath to pronounce and deliver up their verdit touching the fact; they heare the counſell plead on both ſides before the bench or Tribunal, and the depoſitions of witneſſes; then taking with thẽ the evidences of both parties, they are ſhut up together and kept from meat, drink and fire (unleſſe peradventure ſome one of them be in danger of death) untill they be agreed of the matter in fact: which when they have pronounced before the Judge he according to Law giveth ſentence. For this manner of triall our moſt wiſe and provident anceſtors thought the beſt to finde out the truth, to avoide corruption, & to cut off all partiality & affections.* And for the excellency and indifferency of this kinde of triall, and why it is onely appropriated to the common lawes of England, reade Juſtice *Forteſcue* cap. 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32. &c. which being worthy to be written in letters of gold for

Ex Monacho Crowlandiæ.

Ex Math. Weſtm.
Mariæ; præd' domina *Elizabeth*, eidem nuper Reginæ *Mariæ* in prædicto Regno Angliæ jure hæreditar̃ ſucceſſit, & Regiñ p̃ dict' Regni Angliæ devenit: Poſteaq; ead̃ Regina *Elizabeth*, apud Weſtm̃ præd' obiit ſine hærede de corpore ſuo exeuñ nob̃ nunc & adhuc exiſteñ conſanguiñ & hæred̃ præd̃ nuper Regin' *Elizabeth*; Noſq; eid̃ nuper Reginæ *Elizabeth*, in prædict. regñ Angliæ jure hæreditario ſucceſſimus, & Rex Anglie devenim' & ſumus in preſenti. Iamque prechariſſimus princeps fili' noſter primogenitus n*Henricus*, nunc Dux Cornub', nobis ſupplicavit ut cum pred̃ d̃na *Elizabeth*, nuper Regina Anglie, per literas ſuas patent', magn oſigill' ſuo Angl' ſigill', gereñ dat' apud Weſt. pred̃, ſecundo die Maii Añ regni ſui triceſimo ſeptimo conceſſit quibuſdam *Gellio Mericke*, tunc armigero, poſtea militi, jam defuncto, & *Henrico Lindley*, tunc armigero modo militi, præd̃ maner̃ d̃ Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pert', Habend̃ & Tenend̃ eiſd̃ *Gellio Mericke* & *Henrico Lindley*, & Hær̃ ſuis imperpetuum, ꝓut in literis pateñ ill' pleni' continetur: Ac cum præd maner̃ de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, p̃fato ducatui, ut p̃fert' annex' & unit', ad eund̃ nunc ducẽ p̃text' doñ, concſſieoñ, & unioũ præd̃, authoritate præd̃ parliam̃ti pertinuerunt, & adhuc pertinere debeãt, ac membr̃ & parcell' ejuſ. ducatus extiterint, & adhuc exiſtant prout idẽ nunc princeps & dux, viis, & modis quibus convenit, parat' eſt edocere, velim' literas pateñ præd̃, de præd. maner̃ de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, ut præf. factas, revocare & adnullare, & maneria illa cum pertinentiis in manus noſtras ſeiſire, ut ead̃ maner̃ eidem nunc duci, tanquam membra et parcell' ducat' præd. habend̃ & tenend. juxta formam & effectum Doñ, Conceſſioñ, & unioñ præd̃, liberari faciamus. Nos, volẽtes in hac ꝑte fieri qd eſt juſtum, Tibi præcipimus, ꝙ per ꝓbos & legales homines d̃ balliva tua Scir̃ fac' præfat' *Henrico Lindley*, militi, & *Iohan Hele* militi, Servien' ad legem, prædictor̃ maner̃ de Weſt Taunton, Trelowia & Landulph, teneñ nec non cuicunque al', & quibuſcunq; alias tenent' eorundem manerior̃ de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, vel eor̃ alicujus, qd ſint coram nobis in Cãcellar̃ noſtra in Octabis S. Hill' ꝓxim̃ futur̃, ubicunq; tunc fuer̃ ad oſtend̃ ſi quid pro nobis aut ꝓ ſeipſis habeãt vel dicere ſciant, quare literæ patent' præd. de prædictis maneriis de Weſt-Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertinentiis, ut præfert', fact', revocari & adnullari, ac mar̃ia illa cum pertin' in manũ noſtrã ſeiſiri non debeant, ut ea præfat', nũc duci, tanquam membr̃ & ꝑcel'ducat' præđ ſecundum formam et effectum doñ, cōceſſiones et unioñ præđ, habenđ & tenenđ, liberari faciamꝰ. Et ad facienđ & recipienđ ulterius, ꝙ Cur̃ noſtra tunc & ibid. conſ. in hac parte. Et habeas ibi nomina illorum per quos eis Scire feceris & hoc breve. T. meipſo apud Weſtm̃ xxviij. die Novem. anno regni noſtri Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ tertio, & Scotiæ triceſimo nono: & modo ad hunc diem, viz. præđ Octabis Sancti Hillarii, coram dicto domino Rege nunc in Cur. dictæ Canc' ſuæ hic, ſcil. apud Weſtm̃ præđ, venit *Edwardus Coke*, miles, Attornat' dicti dñi regis nunc generalis, qui pro eodem dño Rege nunc, in hac parte ſequitur, in ꝓpria perſona ſua: Et *Franciſus Godolphin*, miles, vic' prædict, Com̃ Cornubiæ exiſteñ, modo hic manđ breve præd. ſervit' & execut' in forma ſequeñ, viz. Qd ipſe, virtute brevis illius ſibi direct', viceſimo primo die Decemb' Anno tertio ſuprà dicto, Scire fecit ꝑ *Iohan. Edgecombe*, & *Walterum Blunt* probos & legales homines de balliva ſua, præf. *Henrico Lindley* militi. Ac etiam eiſdem die & anno, per eoſdem ꝓbos & legales homines, ſcire fecit præfato *Iohanni Hele* militi, & cuidam *Warwico Hele* milit', teneñ præđ manerior̃ de Weſt Taunton Trelowia, et Landulph, ſuperius mentionat', eſſenđ coram dict. domino Rege nunc hic ad hunc diem, ad oſtēdēđ, facienđ, & recipienđ, ꝙ breve illud in ſe exigit & requirit. Et præđ *Henr. Lindley* miles, *Iohannes Hele* miles, et *Warwicus Hele* miles, quarto die placiti ſolempnit' exact' per *Richardum Wilkenſon* Attorñ ſuum veñ et pet' licentiam inde interlocquenđ, Et eis conceditur, &c. Et ſuper hoc dies inde dat. eſt præfato *Henrico Lindley*, *Iohanni Hele*, & *Warwico Hele*, coram dicto domino Rege in dicta Cur̃ hic, ſcilicet apud Weſtm̃ præđ, uſque in Octabis Purificationis beatæ *Mariæ* tunc proxim̃ &c. ubicunq; &c. videlicet præfato *Henrico*, *Iohanni*, & *Warwico*, ad interloquendum & tunc ad reſpondendũ &c. Idem dies dat' eſt præfato *Edwardo Coke* militi, Attornat' dicti dñi Regis nũc generali, qui &c. tunc hic &c. Ad quas quidem Octabas Purificationis beatæ *Mariæ*, coram dicto Domino Rege nunc in dict. Cur̃ hic, ſcilicet apud Weſtmonaſterium prædict' veñ tam prædictus *Edwardus Coke* miles, Attornat' dicti domini Regis nunc generalis, qui &c. in propria ſua, quam p̃. dict. *Henricus Lindley*, *Iohannes Hele*, et *Warwicus Hele*, per Attornatum ſuum prædictum: Et ſuper hoc iidem *Henricus*, *Joannes* et *Warwicus*, per Attornat' ſuum prædictum, ulterius pet' licenc' inde interloquenđ, coram dicto domino Reg' nunc in dicta Cur̃ hic, ſcilicet apud Weſtmonaſt. prædictam uſq; in quinđ Paſchæ tunc ꝓx' ſequeñ &c. Ubicunque &c. et tunc ad reſpond̄ &c. Et habent &c. Idemque dies dat' eſt præfato *Edwardo Coke* mil', Attorñ dicti domini Regis nunc generali, qui &c. tunc hic &c. Ad quam quidẽ quindeñ Paſchæ, coram dicto domino Rege nũc in dicta Cur̃ hic, ſcil. apud Weſt. præd̄, veñ tam prædict. *Edwardus Coke* miles, Attorñ dicti domini Regis nunc generalis, qui &c. in propria perſona ſua, quam præf. *Hen. Lindley*, *Iohan. Hele* et *Warwicus Hele*, per Attornat' ſuum præd': Et ſuper hoc præd' *Henricus*, *Iohannes*, et *Warwicus*, per Attornat' ſuum prædictum, ulterius pet' licenc' inde interloquend̄ coram dicto dño Rege nunc in dicta Cur̃ hic ſcilicet apud Weſtmonaſterium prædictam, uſq; in Craſtino Trinitat' tunc proximo ſequeñ &c. ubicunque &c. et tunc ad reſpondend̄ &c. et habent &c. Idemque dies dat' eſt præfato *Edward' Coke* milit' Attorñ dicti domini Regis nunc generali, qui &c. tunc hic &c. Ad quem quidem Craſtiñ Sanct. Trinitatis, coram dict. domino Rege nunc in dicta Cur̃ &c. ſcilicet apud Weſtmonaſterium prædictam, veñ tam p̄d̄ *Edwardus Coke*, miles, Attorũ dicti domini Regis nunc generalis, qui &c. in propria perſona ſua, q̃ præd. *Henricus Lindley*, *Iohannes Hele* et *Warwicus Hele*, per Attornatum ſuum præd. Et ſuper hoc iidẽ *Henricus*, *Iohannes* et *Warwicus*, per Attornatum ſuum prædictũ, ulter' pet' licenc' inde interloquend̄ coram dicto domino Rege nunc in dicta Cur̃ hic, ſcilicet apud Weſtmonaſterium præd. uſque in Craſtino Animarum tunc proxim̃ ſequen. &c. ubicunque &c. et tunc ad reſpondendum &c. Et habent &c. Idemque dies datus eſt præfat' *Edwardo Coke* Militi, Attornat' dicti domini Regis nunc generali, qui &c. tunc hic &c. Ad quidem Craſtiñ Animar̃, coram dicto domino Rege nunc in dicta Cur̃ hic, ſcil. apud Weſtm̃ præd. veñ tam *Henricus Hobart* miles, tunc Attorñ ipſius dñi Regis nunc generalis, qui pro eod̄ domino Rege nũc in hac parte ſequitur, in propria perſona ſua, quam prædict. *Henric. Lindley*, *Iohannes Hele* et *Warwicus Hele*, per Attornat' ſuum prædictum. Super quo prædict. *Hen. Lindley*, per Attornat' ſuum præd. pet' auditum præd̄ brevis de *Scire facias*, ſuperius mencionat': Et ei legitur &c. Quo lecto et audito, idem *H. Lindley* dic', quod nec p̄dict. lr̃æ patentes præd. nuper Reginæ *Eliz.* de præd. maner̃ de Weſt Taunton, Trelowia, et Landulph cum pertiñ in forma prædicta fact' revocari ſeu adnullari, nec maner̃ illam man' dicti domini Regis nunc ſeiſiri debent: Quia dic' qd non habetur aliquod tale recordum alicujus talis Act' parliam̃ti p̄d̄ nuper Regis *Edwardi* tertii edit', qual' in prædict' brevi de *Scire facias* ſuperius inde recitat' et ſpecificatur. Nec habetur aliquod tale Recordum præd. Cartæ per prædict. nuper Regem *Ed.* tertium authoritate parliam̄ti prædicti ſuperius fieri ſuppoſit', quale in p̄d. brevi de *Scire fac'* inde ſimiliter ſuperi' recitatur & ſpecificatur: Et hoc idem *Hen, Lindley* parat' eſt verificare: Vnde petit Iudicium ſi predictæ literæ pateñ præđ nuper Reg' *Eliz.* de Maneř præđ. cum pertiñ ſic, ut p̃fert', fact', revocari & adnullari, aut mañia illa cum pertiñ in man' dicti Dñi Regis nũc ſeiſiri debeant &c. Et præd. *Iohannes Hele* & *Warwicus Hele*, per Attorñ ſuum præd' proteſtanđ ꝓ non habetur aliquod Recordũ alicujus talis Actus Parliam̄ti dicto undecimo anno *Ed.* nuꝑ regis Angliæ tertii, nec habetur aliquod tale Recordum præd. cartæ per p̄đ nuper Regem *Edwardum* tertium authoritate Parliam̄ti p̄đ, ꝓut in dicto brevi de *Scire facias* mencionat' ꝓ pl' dic', quod nec præđ literæ pateñ præd. Reginæ *Elizabeth*, de præd. Maneriis de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertinen. in forma præd. fact', revocari & adnullari, nec maneria illa cũ pertin. in manus domini Reg' nunc ſeiſiri debent, aut eorum aliquod ſeiſiri debet: Qui dicit, quod p̄đ nuper domina Regina *Elizab.* ante confectionem literarum patent. prædict' præfat' *Gellio Merick* & *Henrico Lindley*, ſeiſit' fuit in dominico ſuo ut de feodo, in jure Coronæ ſuæ Angl' de præđ maneř de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertiñ, in prædicto brevi de *Scire facias* ſuperius ſpecificat' & expreſſis: Et ſic inde ſeiſit' exiſteñ, eadem nuper Regina *Elizabeth*, per literas ſuas paten. ſub magno ſigill' ſuo Angliæ ſigillat', gereñ dat', apud Weſtm̄ in com̄ Miđ, ſecundo die Maii An. Regni ſui triceſimo ſeptimo, & hic in Cuř prolat', in conſideratione boni, veri, fidelis, & acceptabilis ſervitii prædict. nuper domin. Reginæ per tunc dil' cum & fidelem Conſanguineum & Conſiliař ſuum *Robertum* nuper Comit' Eſſex, prænobilis Ordinis Garterii mil', ac magr̃um equi ſui, perantea multiplicata fact' & impenſ. quã pro aliis bonis cauſis & conſiderationibus, prædictam nuper dominam Reginam adtũc ſpecialit' moven. necnon, ad humilem petitionem prædict. nuꝑ Comitis Eſſex, de gratia ſua ſpeciali, ac ex certa ſcientia & meř motu ſuis, dedit et conceſſit Maneř præd' cum pertin. (int. alia) præfat' *Gellio Mericke* & *Henrico Lindley*, tunc armigeris et poſtea milit; habenđ et Tenenđ eadem maneria cum pertin. præfat' *Gellio Mericke* et *Henrico Lindley*, hæređ et aſſign. ſuis imperpetuum. Et prædicta nuper domina Regina per eaſdem literas paten. conceſſit pro ſe hæredibus, et ſucceſſoř ſuis quod prædict. *Gellius Mericke* et *Henrico Lindley*, hæređ et aſſign. ſui haberent, teuerent, et gauderent prædict. Maneř cum pertin. juxta intentionem iſtius nuper Reginæ in eiſdẽ literis patent. conten. Ac ꝙ prædictæ literæ patentes eſſent firmæ, validæ, bonæ, ſufficieñ, & efctuales in lege erga dictam dominam Reginam, hæredes, & ſucceſſores ſuos, tam in omnibus curiis ſuis quam alibi infra regnum Angliæ, abſque aliquibus confirmationibus, licentiis, vel tolerationibus de dicta nuper Regina, hæredibus vel ſucceſſoribus ſuis, tunc impoſterum ꝑ prædict' *Gellium Merick*, & *Henricum Lindley* aut hered̄ ſive aſſignatos ſuos procurand̄, vel obtinend̄, non obſtañ ſtatut. in Parliamẽ domini *Henrici* nuper Regis Angl' octavi, Anno regni ſui triceſimo ſecundo edit. concerneñ Ducat. Cornub' & Honor̄ de Newelme, *alias* Ewelme, prout in et per prædict' literas pateñ prædicti *Gellius Merick* & *Henricus Lindley* in prædicta maner̄ cum pertiñ intraver̄, & fuer̄ inde ſeiſiti in dominico ſuo ut de feod̄; & ſic inde ſeiſit. exiſteñ, ꝑ quoddam ſcriptum ſuũ indentat. inter præfat. nuꝑ *Comitẽ Eſſex*, *Gellium Merick* & *Henricũ Lindley*, ex una parte, & quoſdã *Auguſt. Steward* & *Michaelem Corſellis*, ex altera parte, fact', gereñ dat. viceſimo ſexto die Decembris Anno Regni dictæ nuꝑ Rñæ *Elizabeth* triceſimo octavo, & in cur̄ Cancellar. prædictæ nuper Reginæ, apud Weſtm̃ prædict' infra ſex menſes tunc proxim̃ ſequeñ, ſecundum formam ſtatut. inde edit. & proviſ. debito modo de record̄ irrotulat. tã in cõſideratione ſumm̃ trium mille & quingentarum librarum præfat. nuper *Comiti Eſſex* per præfat. *Auguſtinum Steward* & *Michaelem Corſellis* ſolut. quam pro vigint. ſolid̄ præfat. *Gellio* & *Hen.* ꝑ p̄fat. *Auguſtinum* & *Michaelem* ſimilit. ſolut. barganizaver̄ & vendider̄ p̄fat. *Auguſti.* et *Mich.* Maner̄ prædict' cũ ꝑtiñ: Habend̄ et tenend̄ de eiſdẽ *Auguſtino* et *Michaeli*, hæred̄ et aſſigñ ſuis imperpetuum. Virtute quar̄ quidem barganiæ et venditionis et irrotulament. e t vigore cujuſdam Statuti, in Parliamento domini *Henrici* nuper Regis Angliæ octavi, quarto die Februarii Anno Regni ſui viceſimo ſeptimo, de uſibus in poſſeſſioñ transferend̄, apud Weſtmonaſterium prædict', tent. edit. prædict' *Auguſtinus* et *Michaelis* fuer̄ ſeiſit. de Maner̄ prædict' cum pertinentiis in dominico ſuo ut de feodo, et ſic inde ſeiſitus exiſteñ, iidem *Auguſtinus* et *Michaelis* in conſideratione ſummæ trium mille et quingent. librarum præfat. *Auguſtino* et *Mich.* per præfat. *Iohannem Hele* ſolut. poſtea de maner̄ prædict' cũ pertiñ feoffaver̄ eoſdem *Iohannem Hele*, tunc Servieñ ad legem, et prædictũ *Warwicum Hele*, tunc armigerum et modo militem: habend̄ et tenend̄ eiſdem *Iohanni* et *Warwico*, et hæred̄ et aſſigñ prædict' *Iohannis*, ad ſolum et proprium opus et uſũ prædict. *Iohannis* et *Warwici*, et hæred̄ et aſſigñ prædicti *Iohannis Hele* imperpetuum. Virtute cujus

quidem

quidē feoffamenti prædict' *Iohannes Hele* et *Warwicus Hele* fuer̄, et adhuc ſunt, ſeiſit' de manr̄ prædict' cum pertiñ, videlicet, idem *Iohannes Hele* in dominico ſuo ut de feodo, et prædictus *Warwicus* in dominico ſuo ut de libero teneēnto pro termino vitæ ſuæ. Et prædict' *Iohannes Hele & Warwicus* ulterius dicunt, qd. poſtea in et per quendā Actū in Parliam̄to predict' nuper Reginæ, apud Weſtm. prædict', viceſimo ſeptimo die Octobris Anno Regni dictæ nuper Reginæ *Elizabeth* Quadrageſimo tertio tent', edit' (inter alia) recitand', quod cum prædicta nuper Regina, ab octavo die Febr̄ anno Regni ſui viceſimo quinto, tam pro diverſis et magnis pecuniarum ſummis, quam pro diverſ. aliis ſperalibus conſiderationibus, barganizavit, vendidit, dedit, et conceſsit, per diverſas literas ſuas pateñ, Indentur̄, aut alia ſcrip' ſub magno ſigillo Angliæ, ſigillat', aut ſigillo ducat' Lancaſtr̄, aut ſigillo com̄ Palatñ Lancaſtr̄, tam corporibus politic' et corporat' quam diverſ. et ſperal' aliis dictæ nuper Reginæ ſubditis diverſ. et ſeperal' Honor̄, maner̄, terr̄, teñ, reddit. reverſioñ, ſervic', et alia hæreditamenta, in feodo ſimplici, feodo talliato, aut pro termino vitæ, vitarum vel annorū prout in eiſdem ſeperal' literis pateñ, Indentur̄, & aliis ſcript. mēcionatur & declaratur, Inactitat' fuit, authoritate ejuſd' parliam̄ti, ad intentionem può ꝫ eadē literæ pateñ, Indentur̄, et alia ſcripta eſſent de boñ, ſtabili, Anglicè **availeable** et perfecto robore et effect', ad omnes et ſingulos dict' nuper Reginæ ſubditos, ſecund̄ verā intentionē et effect' eorundem, Quòd tam omnes et ſingul' literæ pateñ, Indeñtur̄, et alia ſcripta, ſigillat. ſub magno ſigillo Angliæ, aut ſub ſigillo ducā Lācaſtr̄ aut ſigillo com̄ Palatiñ Lancaſt. ante tunc fact' et conceſſ. per prædict' nuper Reginam, pro aliquibus denar̄ ſūmis, aut pro et ſuper aliquibus aliis conſiderationibus, a prædicto octavo die Februarii Anñ viceſimo quinto ſupradicto, quam omnes aliæ literæ pateñ tunc poſtea per dictam nuper Reginam faciend̄ pro aliqua pecuniarum ſumma aut ſummis, aut aliis conſiderationibus, ante ultimum diem dict' tunc præſent' Seſſioñ dicti Parliamenti. Et inſuper omnes aliæ literæ pateñ infra ſpacium unius anni tunc proxm̄ ſequen. faciend̄ vigore aut ſecundum verum purport' aut veram intentionem Commiſsionis ſub magno ſigillo Angliæ tunc in eſſe, pro venditione tr̄æ dictæ nuper Rñæ alicui corpori politic', aut corporat. aut alicui vel aliquibus al' perſoñ vel perſonis quibuſcunque, de aliquibus Honor̄, caſtr̄, maner̄, dominiis, grang', meſſuag', terr̄, teñ, prat. paſtur̄, redd̄, reverſ. ſervic', boſc', Advocationibus, nominationibus, patronag', annuitat', jur' intereſſ. intrationibus, conditionibus, Let', Cur̄, libertat. privileg', francheſ. aut de aliquibus aliis hæreditament. cum pert',aut d̄ aliqua ind̄ ꝑte vel ꝑcel',cū aut ſub magn̄ ſigill' Angl' ſigillat. aut ſub magno ſigil. Ducat.Lancaſtr̄,aut ſigill.com̄ Palatin̄.Lācaſtr̄,cujuſcunq; gen̄is, natur̄ aut qualitat',ill' aut eorū aliq̄ ſint,aut reputat.cognit.aut capt. fuer̄,cū pert. aut aliqua ind̄ parte vel parcell',eſſent bon̄, perfect. & effectual. in lege,& ſtar̄ caperent.reputarēt',eſtimarēt,et adjudicat' foret bon̄,ꝑfect.cert. valid̄,Angl' **available**,et effectual' in lege erga dict. nuꝑ Rn̄am hæred̄ et ſucceſſ. ſuos ſecund. tenorē et effect.p̃d. lr̄arū paten̄, et Indent',aut aliorū ſcript', & ꝙ ead̄ exponend̄, conſtruēd', eſtimād̄, & adjudicand̄ eſſent maxim̄ benefic', Angl', **moſt beneficially**, ꝑ illis quib' p̃d. literæ pat',et conceſſ. inde,ſic fact.ſūt hæred', aſſign̄,execut',et adminiſtr̄ eor̄,ſecūd̄ verba et purport' cujuſlibet eorūd̄ literar. paten̄, Indentur̄ aut alior̄ ſcript', abſq; aliqua cōfirmation̄ licentia aut toleration̄ dict. nuper Rn̄æ, hæred̄, aut ſucceſſor̄ ſuor̄, aliqua mal' nōination̄, male recitatione, aut nō recitat', p̃d̄ Hon̄, caſtr̄, man̄, tr̄, ten̄,& alior. p̃miſſ.aut alicui' inde ꝑcel', aut aliquo defectu invent',Angl' **finding**,offic. aut inquiſic. de & in p̃miſſ. aut aliqua parte inde, per quæ titul' dict. nuper Regin̄ de & in præmiſſ. inveniri debuit ante edition̄ p̃d. literar.paten̄,Indentur. aut alior. ſcript.vel ulla male recitatione, aut non recitatione dimiſſion̄ inde fact', tam de recordo quam non de recordo, aut aliqua male recitatione, non recitatione, aut non ver. mentionatione in aliquibus talibus literis paten̄, conceſſion̄, aut ſcript. ſtatus aut ſtatuum prædict. nuper reginæ, de libero tenem̄to, vel hæreditar', Anglice **inheritance**, de aut in præmiſſis, aut aliqua inde parte,ad quæ dicta nuper regin̄ poſt initium Regni ſui fuit, aut tunc poſtea eſſet intitulat. ꝑ aliquam attinct', eſcaet', conveianc', aut aſſuranc' quæcunq; & in quibus literis paten̄, conceſſ. aut ſcript. null' ſtat. talliat. tūc præantea fact', aut ſuppōit. fieri, recitat. fuit aut extunc eſſet, & reūſio ſeu rem̄ ſuperinde expectan̄ in dict. lr̄is paten̄ conceſſ. aut ſcript. conceſſ. aut menionat' concedi,aut ull.defect. certitud̄, male cōputationis, ratacōnis,aut expoſition̄,Angl. **miſtaking,rating, oꝛ ſetting foꝛth**,annui valoris & ratus p̃miſſ. aut annuorum redd' reſervat' de & pro præmiſſis, aut aliqua inde parcell', mentionat. aut content. in aliquibus literis paten̄ præd̄, aut aliis ſcript', aut pro eo quod præmiſſ. tunc fuer̄, aut aliqua pars inde tunc fuit valuat. ad major. aut minor. val.in dictis literis paten̄,aut ſcript', q̄ dict maneria,terr', tenement',& cætera p̃miſſ. tunc fuer. aut eſſent in annuo valor̄, aut aliqua male nominatione, aut non vera nominatione, vill', haml', paroch', aut com̃ ubi p̃d. hoñ, maner̃, tr̃, teñ, redd̃, hæred̃, & cetera p̃miſſ & quelibet inde parcell' aut aliqua parcell' inde, jacent aut exiſtunt, aut aliquo defectu veræ nominatioñ tr̃, teñ. aut hæred. aut natur̃ ſpecier̃ qual' aut quantit. p̃d. poſſeſſioñ aut hæredit. aut alicujus inde parcell', aut aliquo defectu veræ nominatioñ corporationis, aut aliquo defectu Attorñ. liberationis aut ſeiſin. aut aliqua male nominatioñ aliquor. nuper ten. p̃d. honor̃, mañ, tr̃, teñ, & hæred', aut alicujus inde partis ſic vendit', cõceſſ. aut dat. aut aliqua male nominatione talis perſonæ aut perſonarum, corpor̃ politic', aut corporat', qual' ullo tẽpore ante confectiones tal' litarũ pat. fuer̃, aut tũc poſtea eſſent, ꝓprietar. p̃miſſ. aut alicujus inde partis ad contr. non obſtant', ꝓut per eund. act. (inter alia) plenius apparet. Et iidẽ *Ioh. Hele* & *Warwicus* ulterius dicunt, qd p̃d nuꝑ Rña *Eliz.* nũquã habuit aliquẽ filiũ et qd. *Gellius Merick* & *Hen. Lindley* fuer. ad & ante tempus confect. prædictarũ lr̃arum pat. ſic, ut p̃fertur, fact. ſubdit. dict. nuper Reg. *Elizab.* & nati apud Weſt. p̃d. Quæ omnia & ſingula iidẽ *Ioh. Hele* & *Warwicus* parat. ſunt verificare; unde pet. judicium ſi p̃d. literæ paten. p̃d. nuper Reg. *Eliz.* de maner. præd. cum pertin. ſic, ut p̃fertur, fact. revocari et adnullari, aut maneria illa cum pertineñ in manus dicti domini Regis nunc ſeiſiri debeant, ſeu eor̃ aliquod ſeiſiri debeat &c. Et prædictus *Henricus Hobart* miles, Attornat. dicti domini Regis nunc generalis, qui &c. p̃ſens hic in Cur. in propria perſona ſua, quoad prædictum placitum prædicti *Henr. Lindley*, ſuperius in forma prædicta placitat', pro eodem domin. Rege dicit, quod præd. *Henr. Lindley* ad dicend. quod non habetur aliquod tale Record. alicujus talis Actus Parliam̃ti præd. nuper Regis *Edw.* tertii edit', qual' in prædicto brevi de *Scire facias* inde recitat. & ſpecificat', Nec aliquod tale Record. p̃d. cartæ per eundem nuper Regem *Edwardum* tertium authoritate ꝑliam̃ti prædicti confect', qual' in prædicto brevi de *Scire fac.* inde ſuperi' recitat. & ſpecificat', admitti non debet, Quia dic' qd dictus dominus *Iac.* nunc Rex Angliæ inſpexit irrotulament. prædict. Actus Parliam̃ti prædict. nuper Regis *Edwardi* tertii & p̃dictæ Cartæ per prædictum nuper Regem *Edwardum* tertium, authoritate Parliam̃ti p̃d. confect', in p̃d. brevi de *Scire fac.* m̃etionat' in rotulis Cancel' p̃d. dom̃ regis nunc, infra Turrim ſuam Lond. de an. Regni p̃d. nuper Reg. *Ed.* tertii undecim̃ irrotul', de Recordo reſid'; cui' quid. irrotulam̃t. Act. Parliam̃ti, & Cartæ

prædictæ

præd.tenor̄,præd.dn̄s *Iac*.nunc̄ Rex Angl',ꝑ lr̄s ſuas paten̄ magno ſigillo ſuo Angliæ ſigillat',hic in Cur. ꝑ eund. Attorn̄ dict. domini Regis nunc ꝓ eodem dom̄ Rege nunc ꝓplat.geren. dat. apud Weſtm̄ quinto die Martii Anno Reg. dicti dn̄ Reg.nunc Angl', Franc',& Hibern̄ tertio, & Scotiæ triceſimo nono, duxit (inter alia)exemplificand', et fec' exēplificar̄. Quæ quid. exēplificatio quoad irrot' p̄d. Act. Parliam̄t & præd. Cartæ,ſequit. in hæc verba. *Iacob.*Dei gratia, Angl. Scotiæ Franc.& Hib' Rex fidei defenſor, &c. Omnib' ad quos p̄ſentes lr̄æ ꝑvenerint, Salutem.Inſpexim' irrotulament. cujuſd. Cart. geren̄ dat. decim̄ ſeptimo die Martii Anno Regni dom. *Edwardi* nuper Regis Angl' tertii undecimo, dilecto et fideli ſuo *Edw.* Comiti Ceſtr̄ filio ſuo primogenito conceſſ. in Rot. Cancell' noſtræ infra Turrim noſtram Lond.de Recordo reſid.in hæc verba. *Ed.*Dei gratia Rex Angl' dom. Hib. & dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus,Prioribus,Comitibus, Baronibus,Iuſtic.vicecomitibus, p̄poſitis, miniſtris, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis,Salutē.Inter cætera Regni inſignia,ill' arbitramur for. potiſſimum, ut ipſum ordinum, dignitat. & officiorum diſtributionē congrua vallat', ſanis fulcit. conciliis, & robuſtorum potentiis teneatur : plurimis itaq; gradibus hæred. in Regno nr̄o, cū per deſcenſum hæred. ſecundum legem Regni ejuſd. ad cohered. & participes tum deficiente exitu, & aliis evētibus variis ad manus regias devolut. paſſum eſt a diu in nomin̄, honor̄ & graduū dignitate defect. multiplicē dict. Regn̄. Nos igitur, ea per quæ Regnum nr̄m decorari, idemq; regn. ac ſancta ejuſd̄ Eccleſia, aliæ etiā ter̄ nr̄o ſubject. dominio, cōtra hoſtium & adverſariorū conatus ſecurius & decēti' defenſari, paxque noſtra inter noſtros ubiq; ſnbditos conſ'vari illæſæ poterint, meditation̄ ſolicita intuentes, ac loca ejuſd̄ Reg. inſignia priſtinis inſigniri honor. cupientes, noſtræq; conſiderationis intuitus ad perſonam dilecti & fidelis noſtri *Edw.* Comitis Ceſtr̄, filii nr̄i primogen̄ intimos cōvertētes, volēteſq; perſon. ejuſd. honorari, eid. fil' nr̄o nomē & Honor. Ducis Cornub. de cōi aſſenſu & conſilio Prælat. Comitum, Baronum,& aliorum de conſilio noſtro,in p̄ſenti ꝑliamento nr̄o apud Weſt. die lunæ ꝓxim̄ poſt feſtum S. *Mathiæ* Apoſtoli ꝓoxim̄ p̄terit. convocat. exiſten̄, dedimus ipſumq; in ducē Corn̄ p̄fecim', & gladio cinxim', ſicut decet, Et ne in dubiū verti poterit aliqual' in futur̄ quid aut quant. idē dux, ſeu alii duces, dicti loci, qui ꝓ tēpore fuerint, nōie ducat. p̄d̄ haber̄ debeāt, ōia in ſpecie q̄ ad ipſū ducat. pert. volumus hac Carta noſtra duximus inſerēda. Dedim' itaq; & conceſſim' ꝓ nobis, et hæred. noſtris, & hac preſent. Carta noſtra, confirmavim̃ eid. filio noſtro, ſub nomine & honore ducis dict.loci, Caſt.maneria, terras, & teñ, & alia ſubſcript',ut ipſe ſtatum & honor.dicti duc',juxta gener. ſui nobilit',valeat contiñ,& onera in hac ꝑte incumb. facil' ſupportare, viz. vicecomitatum Cornub' cum ꝑtin;Itaq;præfat. dux et alii duces ejuſd. loci ꝓ temp. exiſteñ, vicecom̃ præd. Com̃ Cornub. ꝓ voluntat'ſua faciant & conſtituāt & facer̃ et conſtituere poſſint, ad exercēd.et faciend. offic' vicecom̃' ib'm, ſicut hactenus fieri conſuevit, ſine occaſione vel impediment. noſtri vel hæređ noſtrorum imperpetuum. Necnō Caſtr̃, Burg',Maner',et Hoñ. de Laũcenē, cum parco ibidem, & aliis pertiñ ſuis in com̃ Cornub. et Devoñ, Caſtr. et Maner. de Tremeton, cnm villa de Salteſh ac parco ibidem et aliis pert. ſuis in com̃ prædicto, Caſtr. Burg' & Maner.de Tintagel cũ ꝑtiñ in dicto com̃ Cornub',Caſtr.Burg' & Maner. Reſtormel cum parco ibidem et aliis pert' ſuis in eod. com̃. Ac man. de Clymeſlōd cum parco de Keribullock et aliis pertiñ ſuis, Tibeſte cum balliva de Powderſhire et aliis pertiñ ſuis, Tewynton cum ꝑt. Helleſton in Kerier cum pertiñ, Moresk cũ ꝑt. Tewarnaile cum pertiñ,Pengkneth cũ ꝑtiñ,Penlyn cũ ꝑco ibid.& al' ꝑtiñ ſuis, Rellaton cum Bedelleria de Eſtwy neleſhire & al' ꝑtiñ ſuis,Helleſtō in Tregſhire cũ ꝑco de Hellesburie & al'pertiñ ſu', Lyskiret cum ꝑco ibidem & aliis pertineñ ſuis, Caliſtocke cum piſcar. ibid. et al, pertiñ ſuis : et Talskid cum pertiñ in eodem com̃ Cornub' et villam de Loſtwithiel in eod. com. cum molendino ibidem et al' pertin. ſuis:Ac priſas et Cuſtumas noſtras vinor̃ in eodem comitatu Cornub', Nec non omnia proficua portuũ noſtrorum infra eundem com̃ Cornub',ad nos ſpectañ, ſimul cũ Wrecco maris,tam de Balena et Sturion et aliis piſcibus quæ ad nos ratione prærogativæ noſtræ ſpectant, quam aliis quibuſcunque ad wreccum maris hujuſmodi qualitercunque pertin. in toto præd. Com̃ Cornub' ; Ac proficua et emolumenta comitat. tent. in prædicto com̃ Cornub' : Ac Hundređ,et cur. in eorundem, in comitat' illo, ad nos ſpectañ : Necnon Stannariã noſtram in eodem com̃ Cornub', una cum Cunag' ejuſd. Stannariæ et cum omnibus exitibus et proficuis inde provenieñ, Ac etiam expleciis, profic',et perquiſit. Cur. Stannariæ et Mineriæ in eođ com̃ (Except. duntaxat mille marcis, quas dilecto et fideli noſtro *Willihelm de Monte acuto* Comiti Sarum conceſſimus pro nobis et hæređ noſtris, percipienđ ſibi et hæred. ſuis maſculis de corpore ſuo legitime procreat',de exitibus,et profic' Cunag' antedict',quouſque Caſtr̃ et Maner. de Tonbrigge cum pert' in com̃ Wiltes, Ad maner̃ đ Aldebourn, Aumbreſbur̃, et Winterbourn, cũ pert', in eođ com̃, Et maner̃ de Caneford cum ꝑtiñ in com̃ Dorſet, Et maner̃ đ Hengſtrig et Charlton cũ ꝑtiñ in com̃ Somerſet, q̃ dilect' et fidelis noſter *Ioh. de Warrenna* comes Sur̃ et *Iohanna* uxor ejus tenent ad termin' vitæ eorundem, et quæ, poſt mortẽ ipſorũ, ad nos et hæređ noſtros reverti deberent, poſt deceſſum eorunđ *Comitis* et *Ioh.* p̃fat. *Comiti Sarum* et hær̃ maſculis đ corpore ſuo legitimè procreat. in valorem octingentarum marcarum ꝑ anñ, conceſſim' remanere; et ducent' mercat' terr̃ et reddit', quas eidem *Comiti Sarum*, habenđ in forma præđ provideri cõceſſim', devenerint ad manus ſuas:) Ac etiam Stannariam noſtrã in præđ Com̃ Devoñ cũ cunag', et omnib' exit' et ꝓfic' ejuſd. Ac etiam expletiis, ꝓfic' et perquiſit' Cur̃ ejuſd. Stannariæ : Ac aqua đ Dertmouth in eođ com̃ : et annuam firmam vigint' librarũ civitatis noſtræ Exoñ: ac priſas et Cuſtumas noſtras vinorum in aqua de Stutton in eođ com̃ Devoñ: Necnon Caſtr̃ de Wallingford, cum Hamlet' & membr̃ ſuis, & annuam firmã villæ de Wallingford, cum honoribus de Wallingford et de ſancto Wallerico, cum pertiñ, in com̃ Oxoñ et al' com̃ ubicunq; Honores illi fuerint : Ac Caſtr̃, maner̃ et villam de Berkhamſtead cum ꝑco ibiđ, una cũ honor̃ de Berkhamſtead in com̃ Hert', Buck. & Northt', et aliis ꝑtiñ ſuis: et Maner̃ đ Biflit cũ ꝑco ibiđ et aliis ꝑtiñ ſuis in com̃ Surr̃ Habenđ et tenenđ eiđ duci et ipſius et hæređ ſuor. Regum Angl' filiis primogenitis et dicti loci ducib' in Regñ Angl' hæređ ſucceſſur̃, una cum feođ milit', advocac' Eccleſiar', Abb'iarum, Priorat', Hoſpitall', Capell', & cũ Hunđ, piſcar', Foreſtis, Chaſeis, ꝑcis, boſcis, warreñ, feriis, mercatis, libertat. liber' conſuetudinibus, Ward', releviis, eſcaet', & ſervic' teñ, tam liberorum quam nativor', et omnibus aliis ad præd' Caſtr', Burg Vill', maner', honor. Stannar' et Cunag', ter' et ten. qualitercũq; & ubicunque ſpect. ſive pert', de nobis, & hær' nr̃is imperpet. ſimul com quater viginti libris annuæ firmæ quas dil'c' et fidel' noſter *Iohan de Mere* nob' per annũ, ad totã vitã ſuã, ſolvere tenetur, ꝓ Caſtro et maner' de Meere cum pertin. in com̃ Wiltes, ſibi, ad terminum vitæ ſuæ habend' per nos conceſſ. percipiend' ſingulis annis per man' ejuſd. *Ioh.* ad totam vitam ſuam; et cum præd. mille marcis annuis præf. *Com' Sarum* de exit' Cunag' prædict. per nos ſic conceſſ. poſt adeptam, per ipſum vel dictos hæredibus ſuis maſcul' de corpore ſuo procreat', ſeiſinam dict' Caſtro et Maneriis de Tonbrigge, ac maner' de Aldebourne, Aumbresbury, Winterbourne, Caneford, Hengſtrigge, Charltõ,poſt mortẽ eorund.*Comitis,Sur.*& *Iohan.*ac dict.ducẽt. mercat. ter. & red. eid.*Com. Sarũ* & dict.hæred.ſuis maſculis de corpore ſuo procreat',ſic ꝓvidend. pro rata portioñ eorund.caſtr̃, mañ, terr̃,et teñ, cum integralit.vel particularit.ad man' ejuſd. *Comitis Sar.*vel dict hæred. ſuorũ maſculorũ de corpor̃ ſuo ꝓcreat',devenerint. Conceſſim' inſuper ꝓ nobis & hæređ noſtris,et hac Charta noſtra confirmavimus,ꝙ Caſtr̃ et maner̃ de Knaresburgh,cũ hamlet. et m embr̃ ſuis, ac Honor.de Knaresburgh, in com̃ Eborũ et al' com̃ ubicũq;Honor il' fuerit, et maner̃. de Iſtelworth cum pertiñ in com̃ Mid. q̃ *Phil.*Regis Angliæ Cõſors noſtra chariſſ. ad termiñ vitæ ſuæ,Ac caſtr̃ & maner̃ de Lydeford cum pertiñ, et cum chaſea de Dertmore cum pert',in dict. com̃ Devoñ et maner. de Bradeneſh cum pert. in eod.com̃ quæ dilectus et fidelis noſter *Hugo de Audely* comes Glouc', & *Margareta* uxor ejus ad termiñ vitæ ejuſđ *Marg.*Ac dict.caſtr̃ & maner' de Meere cum pert',q̃ pſat. *Iohannes*,ſic ad vitam tenent, ex conceſſione nr̃a & quæ poſt mortem eorundem Reginæ, *Margerete* & *Iohannis*, ad nos et hæred. noſtros reverti deberent poſt deceſſum præfat. Reginæ, dict. viz. caſtr. et maner. de Knaresburgh cum honor̃, hamlet',& membr. ſuis prædict.& aliis pertiñ ſuis, ac mañ đ Iſtelworth cum pertiñ,& poſt mort' p̃d. *Margareta* dict. caſtr.et maner.de Lydeford cum dict. chaſea de Dertmore et al' pertiñ ſuis, et maner̃ de Bradeneſh cum pertiñ, et poſt obit. p̃d. *Iohannis* dict. Caſtr.et maner.de Meere cum pertiñ, remaneant p̃f. duci et ipſius ac hæredum ſuorũ Regum Angliæ fil' primogenit',et dicti loci ducibus, in Regñ Angliæ hæreditar̃, ut prædicitur, ſucceſſur̃:Habend. et tenenđ una cum feod. milit',Advocac' Eccleſiarum, Abb' iarum, Priorat', Hoſpital., Capell',et cum Hundr',Watpent',piſcar̃, foreſt', chaſeis, parcis,boſcis, warreñ, feriis, mercat', libertat', liberis conſuetuđ, warđ, releviis, eſcaet',et ſervic. teneñ tam liberorum q̃ nativorum, et omnibus aliis ad eađ Caſtr̃,Mañ,et Honor̃ qualitercunq; et ubicunq; ſpectantibus ſive pertiñ, de nobis ſimiliter et hæredibus noſtris imperpetuum. Quæ quidem omnia caſtr̃, Burg. Vill',Mañ, Honor.Stanar̃, et cunag. firm̃, Exoñ, et Wallingford, terr̃, et teñ, prout ſuperius ſpecificantur,ſimul cũ feođ, Advocac', et omnibus aliis ſupradictis, p̃dicto ducatui præſent' Carta noſtra pro nobis et hæređ noſtris annectimus et unimus eidem imperpetuum remanſur̃; Ita quod ab omni eodem Ducat. aliquo tempore nullatenus ſeparenter, nec alicui ſeu aliquibus aliis quam dicti loci ducibus, per nos vel hæred. noſtros donentur ſeu quomodolibet concedantur; Ita etiã quod p̄fat. duce ſeu aliis ejuſdem loci ducibus deceden̄, & filio ſeu filiis, ad quos dict.ducat', prætextu conceſſion̄ noſtrarum p̄d.ſpectare dinoſcitur, tunc non apparentibus, idem Ducat' cū Caſtr',Burg', Vill',& omnib⁹ aliis ſupradictis, ad nos vel hæred̄ noſtros Reges Angliæ revertat' in manibus noſtris et ipſorum hæred.noſtrorum Regum Angliæ retinend̄, quouſq; de hm̄di filio ſeu filiis in dict.Regno Angliæ hæred.ſucceſſur. appareat, ut dict.eſt, quibus tunc ſucceſſive Ducat.ill' cum pert', pro nob' et hæred. noſtris, concedimus, & volum⁹ liberari, tenend. ꝓut ſuperius eſt expreſſum. Conceſſimus inſuper ꝓ nobis & hæred̄ noſtris, & hac Carta noſtra confirmavimus præfato duci, quod idem dux et dict.ipſius ac hæred.ſuorum filii primogeniti, duces dict.loci, imperpetuum habeant liberam Warrennam in omnib⁹ dom̄,ter̄,caſtr̄,maner̄,et.aliorum locorum prædict', dum tamen terr̄ illæ non ſunt infra metas Foreſtæ nr̄æ; Ita ꝙ nullus inter terr.illas ad fugand.in eis, vel ad aliquod capiend̄ qd ad Warrennam pertineat ſine licentia & voluntat' ipſius ducis & aliorū ducum ejuſdem loci,ſub forisfactur̄ noſtra decem librar. Quare volum, et firmiter præcipimus pro nobis & hæred. noſtris, ꝙ dict.dux habeat et teneat ſibi et ipſius et hæredum ſuorum Regum Angl' filiis primogenitis et ejuſdem loci ducibus, in dicto Regno Angl' hæreditar̄, ut prædicitur ſucceſſur̄, prædict. vicecom̄ Corn̄ cū pertin̄; Ita quod ipſi & alii̅ ducis predict. vicecomit.p̄d.com̄ Cornub', ꝓ voluntat.ſua, faciant et conſtituant, et facere et conſtituere poſſint, ad exercend.et faciend.offic' vicecom̄ ibid̄,ſicut hacten⁹ fieri conſuevit, ſine occaſione vel impedimento nr̄i vel hær̄ noſtrorum imperpetuum: Necnon p̄d̄ Caſtr̄,burg',maner̄, et honores de Launceneton, Caſtra, & man̄ de Tremeton,cum vill' de Salteſh,caſt',burg',et maner' de Tintagell,caſtr.et maner.de Reſtormell,ac maner. de Clymeſlond, Tebeſte, Tewnton, Helleſton in Kerier, Moresk, Tewarnayle Pengkneth,Penlyn, Rellaton, Helleſton in Trigſhire, Lyskirer, Caliſtock,Talskyd, et vill' de Loſtwithiel cum pert' ſuis,ſimul cum ꝑcis,balliva,bedelleria,piſcar', et aliis ſuprad.in pred.com̄ Cornub': Ac prædictas priſas, cuſtum̄, et proficua portuum prædictorum,ſimul cum dict.wrecco Maris, ac dict. ꝓficua & emolumenta, cum hundred̄ et cur' prædict. ad nos ſpectan̄, ac dict.Stannariam in eod̄ Com̄ Cornub', una cum cunag' ejuſdē Stannariæ, et cum omnibus exit. et proficuis inde provenientibus;Ac etiā expleciis,fic', et ꝑquiſit' Cur' dict. (except' duntaxat dict.mill' marcis, quas dilecto et fideli nr̄o *Willo' de Monte acuto* comiti Sarum conceſſimus, ꝓ nobis et hæredibus noſtris, percipien̄ ſibi et hær̄ ſu' maſculis de corpor̄ ſuo legitim̄ ꝓcreat',de exit' et ꝓfic' Cunag'antedict' quouſq; dict.caſtr̄ et man̄ de Tonbrig,cū pert' ac dict. Maner̄ de Aldebourne, Aumbreſbury, & Winterbourn,cū pert',ac dict. maner̄ de Hengſtrig' et Charlton, cum pert'.q̄ p̄f.*Comes Surr.* et *Iohāna* uxor ejus tenēt ad terminū vitæ eorund̄ et q̄, poſt mort. ipſorū,ad nos et hæred̄ noſtros reverti deberent poſt deceſſum eorund. *Comitis* et *Iohanæ* p̄f.*Comiti Sarum* et hæred' maſculis de corpor̄ ſuo legitime ꝓcreat'.in valorē octingentarū marcarū ꝑ an̄, conceſſim' remanere; Et dict.ducent.mercat' terr̄ & redd̄ quas eidem *Com. Sarum* habend̄ in forma præd̄ providere conceſſimus, devenerint ad manus ſuas ſicut præd.eſt) Ac dict' Stannar̄ in p̄d̄ com̄ Devon̄ cum Cunag' et omnibus exit' et ꝓficuis ejuſd'; Ac etiā expleciis, ꝓfic', et perquiſit' Cur̄ ejuſd̄ Stannar̄; aquā de Dertmouth : et dict. annuā firm̄ vigint' librar̄ dicti civit' Exon̄, ac dict.priſas et Cuſtumas vinorū in aqua de Stutton in eod̄ Com̄ Devon : Necnon p̄d.Caſtr̄ de Wallingford cū hamlett' et mēbr̄ ſuis, annuā firmā ville de Wallingford, cum dictis Honor̄ de Wallingford & de ſancto Wallerico,caſtr̄,man̄ & vill' de Berkhamſtead, cum dict.Honor' de Berkhamſtead, & maner. de Biflet, cū parcis et aliis pert'. ſuis pred̄,una cum feod̄ milit', Advocationibus Eccleſiarū,Abb'iarū,Priorat',Hoſpital',Capel', & cum Hundred̄,piſcar', foreſt', chaſe', parc', boſcis,warr̄, feriis, mercat',libertat', liberis conſuet',wardis,releviis, eſcaet' et ſervic', tenen̄,tam liberorū quā nativorum, et omnibus aliis ad p̄d̄ caſtr̄, burg',vill',maner',honor',ſtannar',et cun̄ terr. et ten̄ qualitercunque et ubicunque ſpectan̄ ſive pertinen̄, de nobis et hæredibus noſtris imperpetuum, ſimul cum dict. quater vigint.libr.annuæ firmæ, quas prædict. *Iohannes de Meere* nob. per annum, ad totam vitam ſuam, ſolvere tenet. pro dict. caſtr. et maner. de Meere : ſibi ad termin̄ vitæ ſuæ habendum per nos conceſſ.percipiend̄ ſingulis annis per manus ejuſdem *Iohan.* ad totam vitam ſuam : et etiam cum prædict. mille marcis annuis præf. *Comiti Sarum* de exit. cunag. prædict. per nos ſic conceſ. poſt adeptam, per ipſum vel dict.hæred̄ ſuos maſculos, de corpore ſuo procreat.ſeiſinam dictorum caſtr. & maner. de Tōbrigge,ac man̄ de Aldebourne, Aumbresburie, Winterbourne, Caneford,Hengſtrigge, et Charleton,poſt mortē eorund̄ *Comitis Surr'* & *Iohannæ*;ac dict.ducent.mercat.ter.et redd. eidem *Com.Sarū* et dict.hæred.ſuis maſculis de corpore ſuo procreat. ſic ꝓvidend̄ ꝓ rata portionis eorundem caſtr. maner. terr. et ten̄, cū integralit.vel particul' ad manus ejuſdem *Comitis Sarum*

rum vel dictorum hæredum ſuorum maſculor̃ de corpore ſuo procreat’, devenerint, ut eſt dictum. Et quod prædicta Caſtr̃ & maner. de Knaresburgh, cum hamlet’ & membr. ſuis, ac honore de Knaresburgh, & maner. de Iſtelworth, cum pertineñ, poſt mortem præfat. *Conſortis noſtræ*; Caſtr̃ et maner̃ de Lydeford cum pertinentiis, et cum dicta Chaſea de Dertmore cum pertinentiis, et Maner̃ de Bradeneſhe cum pertinentiis poſt deceſſum prædictæ *Margaretæ*; et Caſtri et maner̃ de Meere cum pertinentiis, poſt mortem præfat. *Iohannis de Mere*, remaneant p̄fat. duci: Habendum et tenendum ſibi et ipſius ac hæredum ſuorum Regum Angliæ filiis primogenit’, et ejuſdem loci ducibus, in Regno Angliæ hæreditar̃, ut prædicit’, ſucceſſur̃; una cum feod. milit’, Advocac’ Eccleſiarum, Abb’iarum, Priorat’, Hoſpital’, Capel’, et cum Hundred’, Wapent’, Piſchar̃, Foreſt’, chaſeis, parcis, boſcis, warreñ, feriis, mercat’, libertat’, liberis conſuetudinibus, Ward’, releviis, eſcaet’, et ſervitiis teneñ, tam liberorum quam nativorum et omnibus aliis ad eadem Caſtr̃, Maner̃, et Honor̃, qualitercunque et ubicunbue ſpectantibus ſive ꝑtinentiis, de nobis ſimiliter et hæredibus noſtris imperpetuum, ſicut prædictum eſt. Quæ quidem omnia Caſtr̃, Burg’, Vill’, Maner̃, et Honor̃, Stannar̃ et Cunag’, firm̃ Exoñ, et Wallingford̃, terr̃, tenementa prout ſuperius ſpecificantur, ſimul cū feod̃, Advocac’, et omnibus aliis ſupradictis, prefat. Ducatui preſenti Carta noſtra pro nobis et hæredibus noſtris annectimus et unimus eidem imperpetuum remanſur̃: itaꝙ ab eodem Ducatu aliquo tempore nullatenus ſeparentur, nec alicui ſeu aliquibus aliis, quam dicti loci ducibꝰ, per nos vel hæred. noſtros donentur ſeu quomodolibet concedantur: Ita etiam ꝙ præfato duci ſeu aliis ejuſdem loci ducibus decendeñ, et filio ſeu filiis, ad quos dict. ducat’, prætextu conceſſiōn noſtrarum præd. ſpectare dinoſcitur; tunc non apparentibus, idem Ducat. cum Caſtr̃, Burg’, Vill’, et omnibus aliis ſupradictis ad nos et hæred. noſtros Reges Angliæ revertatur, in manibus noſtris, et ipſorum hæred̃ noſtrorum Regum Angliæ retinend. quouſque de hujuſmodi filio ſeu filiis in dicto Regno Angliæ hæreditar. ſucceſſur. appareat ut eſt dictum, quibus tunc ſucceſſive ducat. illum cum ꝑtiñ, pro nobis et hær. noſtris, concedimus et volumꝰ liberari, tenend̃ prout ſuperius eſt expreſſum. Et ꝙ idem dux, et dict. ipſiꝰ ac hæred̃ ſuorū filii primogeniti, duces dicti loci, imperpetuum habeant liberā warrennam in ōibus dominicis terr̃ præd’, dū tamē ter. illæ non ſunt infra metas foreſt. noſtræ; Ita ꝙ nullus intret ter. illas ad fugand̃ in eis, vel ad aliquod capiend̃ ꝙ ad war.

pertineat, ſine licentia & voluntate ipſius ducis, & aliorũ ducũ ejuſd. loci, ſub forisfactur. noſtro decẽ librarũ, ſicut præd. eſt. Hiis teſtibus, ven̄abilibus patribus I. Cantuar̄ Archiepiſcopo totius Angl' Primat. Cancell' noſtro *Henrico* Lincoln. Epiſcopo Theſ. nr̄o, *Richardo* Dunelm̄ Epiſcopo, *Iohanne de Warrena* Com̄ Sur. *Thoma de bello Campo* Comit. War̄, *Thoma Wake* de Lydel, *Iohanne de Moubray*, *Iohanne Darcy* le Neveñ Seneſchall' hoſpitii noſtri, & aliis. Dat. per manum nr̄m apud Weſt. decimo ſeptim̄ die Martii, Anñ Regni noſtri undecimo, per ipſum Regẽ, & totum conſilium in Parliamento. Nos autem tenor̄ Cart. Record̄ & Act. Parliamenti præd. ad requiſitionem dilecti & fidelis nr̄i *Tho. Stephens* Armigeri Attorñ generalis p̄dilecti & p̄chariſſimi filii noſtri primogenit. *Henrici* Principis, Ducis Cornub', duximus exemplificand. per p̄ſentes. In cujus rei teſtimoniũ has lr̄as noſtras fieri fecimus pateñ. Teſte me ipſo apud Weſtm̄ quinto die Martii Anno Regni noſtri Angliæ, Franciæ et Hibern. tertio, et Scotiæ triceſimo nono, prout per prædictas literas pateñ Exemplificationis prædict. hic in Cur. prolat. plenius liquet & apparet. Et prædict. *Henricus Hobart* Attornatum dicti domini Regis nunc generalis, pro eodem domino Rege nunc dicit, & verificare vult, qd. præd. Actus Parliamenti in præd̄ parliamento præd. nuper Regis *Edw.* tertii editus, & præd. Cart. per præd̄ nuper Regem *Edwardum* tertium, Authoritate præd. parliam̄ti ejuſd. nuper Regis *Ed.* tertii confect', in p̄dicto br̄i de *Scire fac.* ſpecificat', & prædict. Act. Parliamenti in prædicto parliam̄to prædict. nuper Regis *Edwardi* tertii edit', & p̄dict. Cart. per p̄dictum nuper Regem *Edwardum* tertium authoritate p̄dict. Parliamenti ejuſdem nuper Regis *Edwardi* tertii confect', unde in irrotulament. prædict', & in prædict. exemplificatione irrotulam̄t. prædict. ut prefertur, fact. ſit mentio, ſunt una & ead̄ & non alia neq; diverſa: und̄ idem Attorñ dicti dom̄ Reg. nũc ꝓ eodem dom̄ Rege hic pet. judicium ſi præd. *Henr. Lindley* ad dicendum, ꝙ non habetur aliquod tale Recordum talis Act. ꝑliamenti prædict. nuper Regis *Edwardi* tertii, nec aliquod tale Record. prædictæ Cartæ per eundem nuper Regem *Edwardum* tertium authoritate parliam̄ti prædicti in brevi prædict. de *Scir. facias* ſpecificat', contra prædictas literas pateñ Exemplificat', prædict. hic in Cur̄ per eundem Attorñ dicti domini Reg. nunc pro eodem domino Rege nunc prolat', admitti debeat. Et ulterius idem *Henricus Hobart* Attorñ dicti domini Regis nunc generalis, pro eodem Domino Rege nunc, pet. quod prædict. literæ pateñ prædict. nuper Rñæ *Elizabeth* quoad prædict. maner̄

ed

de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph cum pertiñ, revocēt. et adnullentur, quodq; p̄d̄ maner̄ de Weſt Taũton, Trelowia, et Lãdulph cum pertiñ, in man' dicti dom̃ reg. nunc capiãtur & ſeiſient'. Et p̄d. *Hen. Hobart* miles, Attorñ dicti dom̃ Regis nunc generalis, qui &c. quoad p̄d pl'p̄d. *Iohãnis Hele*, et *Warwici Hele*, per ipſos ſuperius in forma præd. pl', ꝑ p̄d̄ dom̃ Rege dic', qd pl' illud materiaque in eodẽ content. minus ſufficieñ in lege exiſtunt ad manutenend. ꝙ p̄dictæ literæ pateñ prædictæ nuper Reginæ *Elizab.* de præd. maner̄ de Weſt Taunton, Trelowia, Landulph fact', revocari et adnullari, aut qd Maner̄ ill' cum pertiñ in manus dicti domini Regis nunc ſeiſiri non debeant: Ad qd. quidẽ placitum modo et forma præd. placitat', idem Attornat' generalis, pro eodem dom̃ Rege neceſſe non habet, nec ꝑ legẽ terræ tenetur reſpondere. Et hoc parat. eſt verificare: unde pro defectu ſufficieñ placiti p̄dictorum *Iohannis Hele* et *Warwici Hele* in hac parte idem Attorñ generalis, pro eodem Dom̃ Reg. pet. judicium qd. præd. lr̃æ patent. præd. nuper Reginæ *Eliz.* de præd. Maner̄ de Weſt Taunton, Trelowia, et Lãdulph, cum pert. fact. revocentur et adnullentur, Et ꝙ maner̄ illa cum pertiñ in man' ejuſdem dom̃ Regis capiantur et ſeiſientur, &c. Super quo præd. dict. *Henricus Lindley* dic', quod placitum præd. Attornat. dict. domini Regis generalis, ꝑ eodẽ dominñ Rege nunc ad placitum ipſius *Henrici Lindley*, prædict. ſuperius replicand. placitat', materiaq; in eadẽ content', minus ſufficieñ in lege exiſtunt, ad ipſũ *Henricũ Lindley* à dicend', qd. non habetur aliquod tale Record̄ alicujus talis Actus Parliam̃ti præd. nuper Regis *Edwardi* tertii edit' qual' in præd. brevi de *Scire fac.* inde recitatur et ſpecificatur, nec aliquod tale Record. prædictæ Cart, per eundem nuper Regem *Edw.* tertium authoritate parliam̃ti prædicti confect', qual. in prædicto brevi de *Scire fac.* inde ſuperius recitatur et ſpecificatur, percludend. Quodq; ipſe idem *Hen. Lindley* ad placitũ illud modo et forma prædict. ſuperius replicand. pl' neceſſe, non habet, nec per legem terræ tenetur rejungere: Et hoc idem *Henr. Lindley* paratus eſt verificare, unde pro defectu ſufficieñ Replicationis in hac parte, idem *Henricus Lindley*, ut prius pet. judiciũ ſi præd. literæ pateñ præd. nuper Reginæ *Elizabeth* de præd. maner̄ de Weſt Taunton, Trelowia, et Landulph, cũ pertiñ fact', revocari ſeu adnullari, aut prædicta maneria de Weſt Taunton, Trelowia, & Landulph, cum pertiñ, vel eorum aliquod in man' dicti domini Regis nunc capi aut ſeiſiri debeant &c. Et præd. *Iohannes Hele* & *Warwicus Hele* pro ſeipſis dicunt, quod ex quo ipſi ſufficieñ materiam in præd. pl' ſuo per ipſos ſuperi' placit' allegaver', viz. prædict. ſeiſinam prædict. nuper Regiñ *Eliz.* de præd. Maneř de Weſt Taunton, Trelowia, et Landulph cum pertiñ, in dominico ſuo ut de feodo, in jure Coronæ ſuæ Angl', ac Coceſſioñ prædictam inde per præd. literas pateñ ipſius nuper Reginæ ac reſid. mater. per ipſos ſuperius placitat', quam præd. *Iohannes* et *Warwicus* parat. ſunt verificare, quam quidem materiam præd. Attornat. dicti dom̃ Regis non dedicit, nec ad eam aliqualiter reſpondit, ſed verificationem illam admittere omnino recuſat ut prius petit judicium ſi præd. literæ paten. prædict. nuper Reginæ *Eliz.* de prædict. maneriis de Weſt Taunton, Trelowia, et Landulph, cum pertinen', fact', revocari aut adnullari aut maner. illa cum pertinentiis vel eorum aliquod in manus ejuſdem domini Regis nunc capi aut ſeiſiri debeant, Et ulterius pro meliore information', et ad pleni' informandum dict. dom̃ Regem nunc, et Cur. hic de ſtatu dicti domini Regis nunc ad prædict. Ducat. Cornubiæ et ad alia maner. eidem nuper Ducatui quomodo libet modo pertinen. ſive annex', ſeu parcell' inđ' exiſten', iidem *Iohannes* et *Warwicus* dicunt, qd. in Statuto, in parliamento domini *Henrici* nuper Regis Angl' ſeptimi, tent' apud Weſtmonaſter. in comitat. Middleſexiæ ſeptimo die Novembris An. Regni ſui primo, edit', (inter alia) ordinatū, inactitat', & ſtabilit' fuit authoritat. ejuſdē parliamenti, Quod dictus dominus Rex *Hen.* ſeptimus haberet, teneret, gauderet, et poſſideret, ſibi et hæredibus ſuis imperpetuum, a viceſimo primo die Auguſti tunc ultim̃ præterito, præd. Ducat. Cornubiæ ac omnia Honor', Caſtra, dominia, maner', ter', ten', redd', rūſiones, ſ'uic. poſſeſſiones, Advocationes, et al' hæreditament', cum omnibus membris et pertin', præd. Ducat. ſpectan. et pertinen', aut quæ fuer. pertin', annex', reputat', aut capt' parcell' ejuſdem ullo tempore Regnorum *Henrici* ſexti *Edwardi* quarti, nuper Reg. Angliæ in tam amplo et largo modo, cum omnibus libertat', et francheſiis, aliis rebus eidem ſpectantibus, in ſimil' modo, forma, et condition', prout præd. Reges aut eorum alter habuer', tenuer', occupaver', uſi fuer', et gaviſi fuer', aut habuit, tenuit, occupavit, uſus fuit, et gaviſus fuit in eiſđ', aliquo tempor' durañ dictis Regnis ſuis, prout in ſtatuto prædict. in Anno Regni prædicti nuper Regis *Henrici* ſeptimo primo ſupradicto (inter alia) plenius continetur et apparet. Per quod idem domin' *Iacobus* nunc Rex fuit et adhuc exiſtit ſeiſit' de reſiđ' Manerior', ter', et teñ prædict. Ducat. Cornubiæ pertinen', per præd. nuper

